

commendat Abbas in e. Exiripandis, §. Qui verb. n. 11. de...

42. Secundum verò distinctionis membrum, felicitè de illis...

43. In tertio denique & ultimo casu principali, id est in...

44. Sin autem consuetudo sit particularis in aliqua Regione...

45. Hinc infertur primò, ut quamvis geminata comestio in...

46. Hinc infertur primò, ut quamvis geminata comestio in...

amplius putavit licere ex pane & fructibus fumere quantum...

Secundò hoc non esset jejuniū moderatū seu inter-

Infertur secundò, ut similiter quod horam prandii in die-

Infertur tertio, ut extra Quadragesimam in diebus jejunii...

Secundum membrum superius propositum est, cum consue-

Secundum membrum superius propositum est, cum consue-

subditis sunt servanda, e. 1. ad finem de consecr. dist. 4. cap.

dicam plenius in c. seq. in questione, an ex consuetudine...



DE OBSERVATIONE JEJUNIORUM

Honorius III. Pragen. Episcopo.

CAPUT III.

Explicari per sedem Apostolicam postulasti: & infra, Respondemus quòd illi,

SUMMARIUM.

- 1 Carnibus vesci licet si Festum Nativitatis contingat in...
- 2 Regularis in sexta feria an teneatur à carnibus abstinere...
- 3 Et an, & quando teneatur ex voto ad observantiam...
- 4 Regula Prædicatorum non obligat transgressores ad aliquam...
- 5 Religiosi ad quæ obligantur ultra communia Christianorum...
- 6 Fratres Minores obligantur ex voto professionis ad omnia,...
- 7 Et in specie ad jejunandum in sexta feria.
- 8 Votum in dubio intelligitur de similibus.
- 9 Præcepta regule ex sui natura obligant ad mortale.
- 10 Obligatio nunquam inducitur ubi constat de mente legis...
- 11 Carnibus vesci non possunt in die Nativitatis Domini, qui...
- 12 Voves abstinere à carnibus in sexta feria an teneatur...
- 13 Votum debet intelligi ut non sit inutile, sed aliquid...
- 14 In voto magis attenditur intentio votantis, quam verba.
- 15 Vovens abstinentiam à carnibus in die, in qua pervenerit...
- 16 Votum abstinentie à carnibus in die Veneris, an obliget...
- 17 Et quid si votum fuerit emissum in memoriam Passionis...
- 18 Dicitur Vesci licet non tantum spiritualiter, sed etiam...
- 19 Auctoritas legis, vel Superioris in juramento, & voto...
- 20 Votum abstinentie à carnibus in die Veneris, nisi...
- 21 Statutum est nullum si disponat idem quod jus commune.
- 22 Voto se adstringere ad id quod est in præcepto, non est...
- 23 Fœntibus duplex difficultas rumpitur.
- 24 Vovens abstinere à carnibus in diebus aliis permittitur...
- 25 In voto non fit extensio de casu ad casum.
- 26 Legis intellectus referri debet ad casum frequentius con-
- 27 Jejunare vovens in sexta feria tenetur etiam in die Nata-
- 28 Consuetudo universalis Ecclesie censetur traxisse originem...
- 29 Consuetudo potest jejunium modificare, si ex rationabili...
- 30 Mediolanenses an poterint præscribere contra numerum...
- 31 Quadragesima ratione jejuniis est de jure divino, ratione...
- 32 Quadragesima quot habeat hebdomadas.
- 33 Quadragesima nulla referitur, quæ saltem quadragesimam...
- 34 Quadragesima in Ecclesia Orientali, in qua non jejunat...
- 35 Quadragesima S. Ambrosii qua fit, & n. 38.
- 36 Quadragesima est decima pars totius anni, instituta ut...
- 37 Mediolanenses, qui in Iustissime puerorum pedes lavant...
- 38 Quadragesima Mediolanensis Ecclesie in quo differat à...
- 39 Consuetudo præsertim jejunii relaxativus tollat legem &
- 40 Ratione legis manente, non consuetudo legem, sed lex...
- 41 Consuetudo irrationabilis, & impræscriptibilis est, quæ...
- 42 Quadragesimam totam voluist, qui unam diem abstinen-
- 43 Consuetudo requirit potentiam cum voluntate Principis &
- 44 Privilegium in materia non verisimili præsumitur falsum...
- 45 Can. Denique 4. dist. non est B. Gregorii, licet sub il-
- 46 Crimina sunt sustinenda ratione scandalis, vel schismatis.
- 47 Consuetudo in d. l. i. h. c. extinguit multitudinem à pana...

1 *Xilteari.* Si Festum Nativitatis contingat in sexta feria, licitum est carnes comedere, exceptis proleffis & voveribus. Hoc dicit. Communis divisio. Decia consultatio, & responfo. Secundaria ibi, *Respondemus.*

2 Nota 1. Abi, nec voto, nec regulari observantia. Regularium non teneri à carnis abstinere ex voto, sed ex regula, secundum Abb. hic n. 1. in 3. not. Qui dicit hinc colligi argumentum optimum. Religiosum non teneri ex voto ad omnia que continentur in regulari observantia: sed votum vesitari duntaxat circa tria substantialia regula, de quibus in cap. Cum ad Monasterium, in fin. de statu Monach. & in hac opinione dicit fuisse B. Thomam, & Archid. in cap. 1. 27. quæst. 1.

4 Sed de doctrina Abbatis ego valde dubito: nam aut regula non obligat transgressores ad aliquam culpam, ut in religione Fratrum Predicatorum, in qua similes transgressiones non obligant ad culpam neque mortalem, neque venialem, sed solum ad penam taxatam sustinendam, teste D. Thoma in 2. 2. quæst. 186. art. 9. ad 1. Et tunc certum est religiosi licere absque peccato vesci carnis in die Nativitatis Domini, cap. Quisquis præcepit, §. Quod præcipitur, 14. q. 1. 2. cap. Denique, §. Hac est legis, 4. dist. Neque hoc casu habet locum exceptio, de qua hic, quia loquitur tantummodò de his, qui ad abstinendum obligantur ex voto, vel ex regula, ut probat littera hic, adstricti. Aut regula obligat transgressores ad culpam, prout regulariter contingit si utatur verbis præceptivis, ut in aquipollentibus, ut in paribus supra citatis: & notat Abbas in cap. Nam conspiciendum, num 2. vers. Et tunc aut lex loquitur per verba præceptiva, supra de Constitutionibus, & dicendum est religiosi teneri ad observantiam regulæ ex vi obedientiæ: quia qui resistit regulæ, Superiori resistit, & sic Deo, c. Qui resistit, de Si Dominus, & c. Julianus, 11. quæst. 3. & notat Abbas loco citato. Quid enim refert an Superior oretenus, aut scripto aliquid præcipiat? Et hujus sententiæ est apertè Divus Thomas ubi supra. Nam in corpore docet transgressorem regulæ in his que pertinent ad exterius exercitum sicuti sunt omnes exteriores observantia, obligare ad mortale indiffinè in concernentibus principaliter tria vota substantialia, scilicet paupertatis, continentie & obedientiæ. In aliis vero, que ad prædicta ordinantur, obligare ad mortale in duobus casibus, videlicet propter contemptum, vel propter præceptum, sive oretenus à Præbato factum, sive in regula expressum: Quia in responsione ad primum ait: *Ille qui profert regulam, non vovet servare omnia, que sunt in regula: sed vovet regularem vitam, que essentialiter consistit in tribus prædictis: Unde & in quibusdam religionibus causis aliqui profertur non quidem regulam, sed vivere secundum regulam, id est tendere ad hoc ut aliqui mores suos informent secundum regulam, sicut secundum quoddam exemplar. Et hoc tollitur per contemptum. In quibusdam autem religionibus adhuc causis profertur obedientiam secundum regulam, ita quod professione non contrariatur, nisi id, quod est contra præceptum regulæ. Transgressio verb, vel omisso aliorum obligat solum ad peccatum veniale, quia hujusmodi dispositiones sunt ad principalia voti. Peccatum autem veniale est dispositio ad mortale in quantum impedit eo, quibus aliqui disponitur ad observantia principalis præcepta legis Christi, que sunt præcepta Charitatis. Hac S. Thomas, quem totidem verba sequitur Archid. in c. 1. n. 2. 27. quæst. 1. & ipsemet Abbas in cap. Nam conspiciendum, n. 4. vers. Nec obstat si dicitur, supra de consuet. atque ita S. Doctor sentit manifestè transgressorem observantiarum, que præcipiuntur in regula, contrariari professioni, & voto solemni obedientiæ. Unde Cajetanus post princip. notat Religiosos omnes ultra communia vincula omnium Christianorum teneri etiam ad tria Religiosis vota, itera ad præcepta facta à regula, vel Præbato, que tamen sub voto obedientie comprehenduntur, & ad contemptum. Præterea contra Abbatem allego textum expressum in cap. Exiit, §. In primis, vers. Ad omnia, de verbor. signif. lib. 6. Ubi Nicolaus III. diversis verbis declarat Fratres Minores obligari ex voto professionis ad omnia, que in eadem regula ipsis sub verbis obligatoris indicuntur.*

7 Et Clemens V. in Clement. Exiit, in §. Item quia, eodem tit. commemorans que illa sint, recenset in specie obligationem jejunandi in sextis feriis. Quamobrem verum non est quod dicit Abbas, Religiosum non teneri ex voto à carnis abstinere, sed ex regula: imò enim quisquis teneretur ex regula, teneretur etiam ex professione, & voto solemni obedientiæ. Neque obstat hac decretalis, quia dum excipit adstrictos ex voto, potest intelligi de voto simplici, prout in dubio intelligi solet secundum ea, que notantur in c. Rursus, & capite. Meminimus. Qui Cleric. vel voverunt, & per Brixien. in verbo Votum, dum verò excipit adstrictos ex regula, intelligitur de adstrictis ex voto solemni, & sic nulla est superfluitas. Ad hoc d. cap. Meminimus, cap. Veniens, & c. Rursus, eod. tit.

Salvari potest dictum Abbatem in eo casu, in quo regula jejunium præscribens in sexta feria non obligaret ad culpam mortalem, sed ad venialem duntaxat. Tunc enim Regularis si in illa die incederet Festum Nativitatis, teneretur jejunare ex regula, non autem ex voto, secundum D. Thomam loco citato.

Adverte etiam ad id quòd ex D. Thoma superius dictum est, videlicet Fratres Predicatores ex similibus transgressibus non obligari ad culpam neque mortalem, neque venialem, hoc enim non provenit ex eo quòd præcepta regulæ ex sui natura non obligent ad mortalem reatum, juxta textum in d. Clement. Exiit, §. Item quia, de verbor. signif. Sed quia Constitutionibus Ordinis ita cautum est, videlicet: *Ut igitur unitati & paci totius Ordinis provideamus, volumus & declaramus, ut regula nostra, & Constitutiones nostre non obligent nos ad culpam, nisi propter præceptum, vel contemptum. Præceptum autem in Regula nullum, nisi quòd de natura sua est rationi trium votorum, vel divini; & Ecclesiastica legis contineri volumus, & declaramus. Et idem in Constitutionibus, nisi ubi ponitur sententia excommunicationis, aut formaliter exprimitur per verbum, Præcipimus in virtute sancta obedientia. Et hoc idem in ordinationibus, & Prælatorum verbis, & litteris intelligi volumus.* Hec ibi. Non igitur mirum si Regula, & Constitutiones prædicti Ordinis non obligent ad culpam; quia ubicumque constat de mente legis obligare volentis, nunquam inducitur obligatio, ut declarat Abbas in d. cap. Nam conspiciendum, n. 2. vers. Distinguo sic quòd aut certum est de mente legis, supra de Constitutionibus.

Secundò, nota in eodem vers. Excipitis, eos, qui generaliter voverunt nunquam vesci carnis, non posse illa vesci in die Nativitatis Domini. Rationem reddit glossa 1. hic quia que sine conditione voverunt, sine conditione solvuntur, cap. ult. 32. quæst. ult. Nam ex quo in voto emisso nihil exceptum generaliter tenentur, arg. cap. Quia circa, de privi. & l. Si servitus, ff. de servit. urban. prædior. Atque ita glossa intelligit exceptionem hic positam in eo qui vovit generaliter carnes nunquam comedere. Et in hoc conveniunt omnes, ut testatur Abbas n. 3. vers. In glossa prima.

Sed valde controversum est quid juris sit in illo, qui specialiter vovit abstinere à carnis in die Veneris, nunquid talis possit eas comedere, si in illa die occurrat Festum Natalis Domini, Abbas hic numer. 3. vers. Sed præcedens opinio, concludit hunc teneri abstinere etiam in die Nativitatis. Et hanc opinionem dicit esse veriorè, & in eam inclinare Moderniores, tum ob rationem glossæ, quia qui generaliter vovit, tenetur abstinere in quolibet sexta feria. Tum quia, ut ipse ait, si intelligeretur votum de est illicito, iste vovisset Deo de voto. Unde ut videtur Deo aliquid offerre, debet intelligi quòd abstinere sexta feria, etiam si alias licet possent carnes comedere. Nam dispositio debet semper intelligi ut non sit inutilis, sed ut aliquid operetur, c. Abbat, infra de verbor. signif. & l. Quæritur, de verbor. obligat. Sed si votum prædictum referretur ad eum illicitum, denihilo serviret Deo illud votum; arg. l. Quis bis, ff. eod. ergo debet generaliter intelligi, ut comprehendat etiam eum licitum. Idem videtur sentire Silvester in ver. jejunium in 10. quæst. n. 27.

Sed oppositum tenet Joan. Andr. hic n. 4. in gloss. 1. nam secundum eum, licet tutum sit hoc tenere, quòd dicit glossa, tamen si quis vovit non comedere carnes in sexta feria, occurrente eo die Festo Nativitatis, comedere poterit, nisi etiam eum casum in voto includere intendisset, ut sic illud votum intelligatur de est non licito, allegat cap. Petrius, & cap. Ad nostram, ilterzo, de jurejur. cap. Super quibusdam, de verbor. signif. & l. Adigere, §. ult. ff. de jurepatr. Et quòd hic dicitur de voto. Joap. Andr. intelligit de eo, qui vovit nunquam comedere carnes. Et idem putat si vovisset non comedere die aliàs permisso, & tunc Festum occurreret 1. nam & eo casu locus esset glossæ. Ita Joan. Andr. quem hic referunt, & sequuntur Henr. Boich. nu. 1. & Anton. de Butr. n. 3. Petrus de Anchar. n. 3. licet eum reprobet Cardinal. n. 3. quia, inquit, hodie, ex quo emanavit istud Capitulum, quicumque voveret non comedere certa die, puta sexta feria, vel die qua venerit Salutaris Virginis, si ea die venerit Nativitas, tenebatur servare votum, ex quo non exceptit hunc casum, Regula Contra eum, lib. 6.

Potest sic distingui. Aut voveret non comedere carnes in sextis feriis intendit comprehendere etiam diem Nativitatis; & extra dubium est hunc teneri abstinere etiam in illa sexta feria in qua occurrat Nativitas; quia extensus quis adstringitur voto, quatenus intendit & non ultra, leg. Obligationem, ff. de abjct. & obligat. cap. Litterarum, & hic glossa 1. supra de voto. Magis enim in voto attenditur intentio voverentis, quam verba, c. Super eo, §. Rarius eod. tit. Et idem pato si habitualiter intendisset se obligare ad abstinendum à carnis etiam in die Nativitatis, ut quia si hoc memoria occurrisset, ita deliberasse, ut declarat Sil-

vester in verb. Jejunium, quæst. 10. num. 27. vers. Ego distinguo. Ad hoc l. Cùm in testamento, ff. de rebus dub. & l. Tale pactum, §. final. cum concord. de quibus ibi per glossam final. in fin. ff. de pact. Et multò magis si tacite se obligasset ad abstinendum etiam in die Nativitatis, puta quia in illa die que contingit in sexta feria carnes comedit & sibi accidit aliquod similitum; & idem vovit in omnibus sextis feriis à carnis abstinere. Idemque dicendum esset si voluisset abstinere in die in qua perveniret ad locum peregrinationis, secundum exemplum Joan. Andr. hic in princ. in verb. Voto. Nam si perveniret ad locum destinatum in die Dominico; imò & in Paschate Resurrectionis, utique teneretur abstinere. Et idem esset si voluisset per annum abstinere in die in qua occurreret Salutaris Virginis, secundum exemplum Cardinalis, nam si hoc factum contingeret in die Dominico, absque dubio teneretur abstinere etiam in Dominica Resurrectionis.

16 Non igitur apparet ratio, cur non item teneatur in die Nativitatis. Quòd si de intentione voverentis nec expressè, nec tacite apparet, tunc recurrendum esset ad causam qua motus fuit ad votandum. Nam si vovisset abstinendum à carnis in die Veneris, quia plures comederat & voluit propter Ecclesiam addere etiam obligationem voti, ut hoc vinculo se à peccato cohereret; hoc casu non videtur se voluisse adstringere ad abstinendum in die Nativitatis, quia in illa die nullum est peccatum vesci carnis in sexta feria, ut hic patet. Et sic cessat ratio motiva propter quam vovit. cap. Est Christus, ad finem, supra de jurejurand.

17 Idemque arbitror dicendum in eo qui vovit abstinere à carnis in sextis feriis in memoria Dominiæ passionis. Verisimiliter enim non videtur se voluisse adstringere ad abstinendum in die Nativitatis, sed potius se conformare cum consuetudine Ecclesie universalis, que licet indelenter recolat memoriam passionis Domini, tamen in festo Nativitatis indulget fidelibus esum carnis, ob tantæ festivitatæ venerationem, ut hic patet. Nam propter excellentiam diei detrahunt abstinentiæ, & macerationis carnis. Unde colligunt Doctores in diebus festis licere non tantum spiritualiter, sed etiam corporaliter honestè licari in cibis & vestibus, ut in specie hic notat Abb. n. 2. & Silvester in verb. Jejunium, n. 27. vers. Ex quibus elici potest. Quamobrem sicut in juramento intelligitur excepta auctoritas Ecclesie & legis, cap. Constitutus, à contrario sensu de rebus, c. Venustus, de jurejurand. Bald. conf. 29. in fine, vers. Nam sicut in juramento, lib. 1. ita & in voto, ut præfatur, emisso, c. Non est voti, supra de voto gloss. unica in c. Deus qui, supra de vita & honestat. Clericor. Holt. in c. Rarus, infra de Cleric. vel Monach. Ad quòd optime faciunt iura per Joan. Andr. allegata de quibus supra n. 13. vers. Sed oppositum.

20 Neque obstat quòd secundum Petr. de Anchar. hic in 3. notab. cum abstinentià à carnis in die Veneris sit in præcepto, votum super hoc emissum videatur derogatorium, cum non possit augere effectum obligationis contractæ ex juris dispositione, ut l. Credituri ff. de leg. 1. & l. Quis bis, ff. de verbor. obligat. Sicut statutum est nullum, si disponat idem quòd jus commune, ut notatur in c. 1. de Consuet. lib. 6. Ac propterea ut votum aliquid operetur præter jus commune, includere debet etiam diem Nativitatis. Nam respondetur cessare hanc difficultatem, si intelligamus hunc textum procedere in eo tantum casu, in quo quis vovit nunquam carnes comedere, juxta intellectum Joan. Andr. talis enim proculdubio se adstringit ad abstinendum ultra jus commune, atque ita votum non est inutile.

22 Quòd si loquamur in eo, qui in specie vovit abstinendum à carnis in die Veneris, tunc respondeo non esse inutile ut quis se voto adstringat ad id ad quòd tenetur ex præcepto Dei vel Ecclesie.

Quòd optime explicat Cardin. Cajetanus in 2. 2. quæst. 186. art. 9. vers. Dubium circa hanc litteram, ait enim: (Quemadmodum id quòd cadit sub jure positivo communi si in regula statuat, obligat illius professori duplici vinculo, scilicet juris Canonici & propriæ regulæ ad id servandum verbi gratia, si in regula indicatur inter alia jejunia etiam illa que sunt ab Ecclesia instituta, tenetur Religiosus ille jejunare non solum ex Ecclesie statuto, sed & ex suæ regulæ mandato, ita si præcepta Dei vel naturalis juris in regula statuantur servanda, tenetur professor illius regulæ ex duplici capite ad illa præcepta servanda, scilicet ex Divino Jure & ex sua regula. Non enim inconvenient præceptum à jure iterum præcipi ab alio jure vel iudice, ut patet.) Hæc ille.

Præterea non est inutile ut aliquando quis voveat abstinendum à carnis in diebus aliis prohibitis. Nam aliquis abstinere à peccato propter votum qui non abstinere propter præceptum. Idemque pœnitenti, qui in peccatum aliquid frequentius labitur, providit Sacerdos quòdque suadet cum fructu ut voveat ad tempus ut vel sic se à lapsu compe-

Unde non subsistit quòd dicit Abbas hunc voveret Deo de veno, quia vinculo duplex difficultas rumpitur, cap. 1. de treas. & pace, & duo vincula magis stringunt quàm unum §. Affinitatis inhibet. de nosq. Authen. Itaque, Cod. de comman. de success. cum simi.

Quòd si neque ex causa impulsiva, neque ex aliis circumstantiis & conjecturis discerni possit an vovens non vesci carnis in sexta feria intenderit se adstringere abstinendum in die Nativitatis nec ne, sed res prorius dubia sit; tunc existimo veriorè esse opinionem Joan. Andr. ut scilicet textus noster procedat in eo tantum qui generaliter vovit nunquam carnes comedere; non autem in eo qui vovit eas non comedere in sextis feriis. Considero enim inter hos duos casus esse evidentem rationem diversitatis. Nam qui vovit generaliter nunquam vesci carnis, utique voluit privare se libertate illas comedendi etiam in diebus aliis permittis. Unde cum ex vi sui obligationis teneatur ab illis abstinere, etiam in Dominica Resurrectionis, non est ratio cur similiter non teneatur in die Nativitatis, æqualiter enim permittit Ecclesia esum carnis in Paschate atque in Nativitate. Unde Doctores dicunt eum, qui vovit abstinere à carnis in omnibus quintis feriis, teneri utique abstinere etiam in die Jovis occurrat festum Nativitatis.

Quòd apertè sentit Joan. Andr. n. 4. in gloss. 1. vers. Idem patet. At verò qui vovit specialiter abstinere à carnis in die Veneris vovit abstinendum in illis diebus, in quibus ex prohibitione Ecclesie interdus est esus carnis, & ergo non censetur vovisse abstinendum in die Nativitatis, qui in illa die, etiam si sit sexta feria esus carnis non est ab Ecclesia interdictus. Non enim est faciendus extensio ex sexta feria aliàs prohibitis ad sextam feriam Nativitatis ab Ecclesia permittam, cum in voto non debeat fieri extensio de casu ad casum, ut notatur in c. non solum de regular. lib. 6. & probatur in c. Litterarum, supra de voto. Et in dubio credendum est futurum fuisse ut vovens exciperet diem Nativitatis, si memoria occurrisset, ut sic cum Ecclesia usa se conformaret, & non esset singularis in sua familia, ut videtur advertisse Molina tom. 2. de just. disp. 272. col. 2. vers. Exemplis sunt. Præterea frequenter accidit ut quis generaliter voveat nunquam edere carnes ut patet in Casuariano & Minime S. Francisce de Paula. At vit reperitur ut regula præcipiat in specie abstinendum à carnis in die Veneris, hoc enim ferè esset ridiculum, cum non tantum Religiosis proleffis, sed omnibus Christianis in ea die sit esus carnis interdictus. Item rarissime accidit ut quis voto se adstringat ad carnes non edendas in die Veneris & ferè hic casus vix potest contingere nisi in eo, qui aliquando edet & propterea vult se à lapsu coherere, addita voti obligatione. Ergo hic canoa adaptari debet ad primum casum, qui frequenter accidit, l. Nam ad ra, ff. de legibus, non autem ad secundum, qui aut perarrò, & aut nunquam contingit. Nam ex iis que forte uno aliquo casu accedere possunt, iura non constituantur. Imò que semel ut bis accidunt, continentur legislatores, ut l. Ex itis & l. Quoniam ff. eod. Ex his apparet fortè aliud dicendum esse in his, qui ex voto seu ex regula tenentur jejunare in omnibus sextis feriis, ut Fratres Minores. Hi enim voto sunt adstricti ad id ad quòd de jure non tenentur cum jejunium in sexta feria non sit in præcepto, ut dixi in c. præc. num. 23. & consequenter sunt adstricti etiam ad jejunium in die Natalis Domini cum quoad jejunium non sit differentia inter illam diem & alias sextas ferias. Atque ita in eo qui in sextis feriis vovit jejunare tenent Palud. in 4. dist. 38. qu. 3. art. 4. num. 26. Navarr. in Summa Hispania, c. 28. addit. ad num. 27. cap. 21. & alii apud Sanchez in Summa tom. 1. lib. 4. c. 11. n. 61.

Ultimò nota hic, secundum consuetudinem Ecclesie generalis, valere consuetudinem in relaxatione jejunii, quòd dicit mente teneandum Abbas hic num. 3. subdens hunc textum optime facere pro glossa in cap. præcedent. & contra dictum Hostiensis ibi. Sed ru adverte, quia textus hic loquitur in consuetudine universalis Ecclesie, que censetur transisse originem vel ex traditionibus Apostolorum, vel ex decretis Conciliorum generalium, ut legitur in c. Illa, ubi Archid. & omnes notant 12. dist. Unde non mirum si tanquam lex ubique servanda sit, cap. Permissio, supra de celebrat. Missar.

Quòd si consuetudo sit localis, tunc subsistingit. Quædam enim est consuetudo, que non relaxat jejunium in totum, sed illud modificat & interpretatur quoad horam, qualitatem ciborum & unicam comestionem. Et hæc valde est si ex honestate & rationabili causa sit introducenda, non autem ut homines intendat ventre & gaudii temporalibus, ut dixi plenè in c. præc. num. 45. Quædam verò est consuetudo, que in totum solvit jejunium & in hac funt opinionæ quas recitavi in eodem c. præc. n. 55. Abhis hic n. 5. distinguunt an Papa fiat & tolleret nec ne. Hic verò numer. 3. ponit aliam distinctionem, videlicet. An consuetudo habeat

In se causam rationabilem & honestam, an non: Sed tu dic latus, ut in *qu. seq. praesertim ad num. 39.*

30 Quia, an ex consuetudine immemotabilis in populo Mediolanensi potuerit praescribi contra numerum 41. dierum Quadragesimae ab Ecclesia institutum, ita ut non possint Mediolanenses compelli ad inchoandum jejunium, siue abstinentiam die Dominico qui praecedit festam secundam, quae ex praedicta consuetudine ipsi est initium quadragesimae continentis dies 41.

31 In hoc dubio supponendum est primò Quadragesimam ratione jejunii esse de Jure Divino, ratione temporis esse ex traditione Apostolorum, ut per multos Canones antiquos, & dicta SS. Patrum docet Martin. Ajala de *tradit. part. 3. de jejunio & quadrages.* Et Cardin. Varmensis de *caemoo.* à tempore lumpis e. 1.

32 Supponendum est secundò Quadragesimam habere aut sex aut septem hebdomadas ut tradit Callianus in *Collatione de remission. Quadragesimae.* Nam illi qui jejunant septem hebdomadis subtrahunt abstinentie septem dies Dominicos & sex dies Sabbati, qui vero sex hebdomadis, sex dies Dominicos, ut B. Gregorius docet *homil. 16.* tractans de numero dierum quadragesimae, ita ut non sit reperire Quadragesimam quae saltem non habeat quadragesima duos dies.

34 Ecclesia siquidem Orientalis in qua non jejunatur Sabbato, incipit quadragesimam in quinquagesima; & sic continet septem hebdomadas. Ecclesia vero Romana servat numerum quadragesimae duorum dierum, quibus ut idem Gregorius tradit de *consecratione, dist. 5. can. Quadragesimae* additi fuerunt quatuor alii dies.

35 Supponendum est tertio quadragesimam sancti Ambrosii fuisse quadragesima duorum dierum & incipisse à die Dominico, ut ex ipso habetur *serm. 23. & 24.* ut enim in *serm. 23. Sanctae Quadragesimae rationem, cuius habet initium celebramus.* Qui dies per sequentem sermonem probatur, fuisse dies Dominicos, dum inquit, *Incipit adhuc sensus vestri, Fratres, nos hoc superiore Dominica praedicasse.* In utroque autem sermone explicat cur Quadragesima habeat quadragesima duos dies, cuius figuram quadragesima duas illas mentiones dicit habuisse. Quin etiam Decius Mediolanensis in *e. Ad audientiam de rescripte. num. 20.* habet haec verba; Quadragesima instituta fuit ut decima temporis Deo redderetur quae est in triginta sex diebus, prout est quadragesima, exceptis diebus Dominici & uterius additi sunt quatuor dies & sic sunt quadragesima ad imitationem Christi, qui quadragesima diebus jejunavit, *Joan. Quadragesima dist. 5. Quod fulius ante eum explicat Gemm. conf. 37. num. 2. vers. De hoc est.* Mox subdit Decius: (Ecclesia

37 verò Mediolanensis non accepit illos quatuor dies.) Haec ille. Et in hoc Mediolanenses excusari possunt ob autoritatem Ambrosii. Quemadmodum etiam pedes eorum qui baptizantur, prohibentur lavari in Concilio Eliberitano, c. 48. relato in cap. *Emendari*, v. qu. 1. tamen excoisantur Mediolanenses, qui Ambrosii autoritate puerorum pedes lavant aqua consecrata, ut ait hic gloss. in *verb. Lavandi sunt.* Cum igitur Quadragesima Ambrosiana differat solum in quatuor diebus à quadragesima quam Romana servat Ecclesia, sequitur ut quadragesima duos dies continent & incipiat in ipso die Dominico; ut ostensum est ex eodem Sancto & tectatur etiam Divus Gregorius in *d. homil. 16.*

39 His suppositis ad dubium videtur negativè respondendum. Nam consuetudo, ut tollat legem debet esse rationabilis, e. *fn. ubi Abb. n. 4. de consuetud.* gloss. *vinc. in e. 1. eod. tit.* per illum textum, Felin. in *e. Cum ex officio de praescript. Aym. conf. 96. num. 3.* Anton. Gabr. *lib. 3. de praescript. conclus. 1. num. 36.* alios congerens. Quod maximè est verum in consuetudine jejunii relaxativa, ut hic per Abb. n. 3. Talis autem non est haec consuetudo, cum nulla ratio sit cur eo die, quo non modo Ecclesia Mediolanensis, sed tota ab Oriente usque ad Occidentem Ecclesia incipit Officium Quadragesimale & luget peccata ut inquit Callianus in *supra script. collation.* Solum populus Mediolanensis intemperantia indulget. Ergo cum prierus ut contra rationem, ut tanta deformitas publicè in Ecclesia appareat; sequitur ut talis consuetudo non possit tollere legem maximè rationabilem; quin imò cum maneat ratio eadem ut inquit

40 D. Thomas in *1. 2. quest. 97. art. 3. ad 2.* propter quam prima lex utilis erat; non consuetudo legem, sed lex consuetudinem vincit. Quamobrem in solemnibus jejniis praesertim Quadragesimae consuetudinem abolevere nihil posse docuit Holt. in *cap. praeced. num. 2.* retractions quod prius fuerat in summa, quem hic fecit sancti Joan. Andr. n. 8. Butr. n. 12. Cardin. n. 2. & alii frequentiori calculo. Et ita communi ter tenet testatur Praepos. in *cap. Denique num. 23. 4. dist.*

Præterea illa consuetudo dicitur irrationabilis & nullo tempore praescribi potest, quae est contra Ecclesiasticam disciplinam, e. *Cum inter, de consuetud. Felin. in e. Accedentes, num. 6. vers. Fallit 4. de praescript. Bald. in tradi. de praescript. in prima parte sexta partis principalis n. 7.*

Sed hujusmodi consuetudo non modo simplici disciplinae Ecclesiasticae sed & ipsi Apostolorum traditioni adversatur, ut ostensum est supra in secundo supposito, cum non deatur species Quadragesimae quae habet dies 41. & Ambrosius in eodem sermone de Quadragesima dicit; *Si quisquam unam diem abstinendo prætermiserit, totam Quadragesimam violavit & propter modici temporis cibum magnum fructum laboris amisit & si solvitur jejunium uno die, tota Quadragesima inhonoratur, e. Non liceat de consecr. dist. 3. & c. Non oportet ead. dist.* Ergo talis consuetudo praescribi non potuit.

Alteræ conditio ad hoc ut consuetudo immemorabilis possit legem abrogare vel in totum vel in partem, est ut sit legitime praescripta. Abb. in *d. cap. fin. num. 4. de consuetud.* & requiritur patientia cum voluntate Principis, cujus est talem abrogare. Innocent. in *rubr. de consuetud. Felin. alios allegans in e. Cum ex officio, numer. 8. de praescript. Aym. conf. 96. num. 7. Silvestr. in verb. Jejunium num. 8.* Nec sola tolerantia sufficit ut ex ea colligi possit consensus Principis; multa enim tolerantur quae si in iudicio deducerentur, non deberent tolerari. *Cum iam dudum in fin. de praescript.* Sed in proposito consuetudine non potest ostendi Summi Pontificis voluntas, qui semper reclamant per Praedictatores, ut in specie testatur Silvestr. *ubi supra* his verbis. (Ego verò Primam limitationem approbo, quando consuetudo est irrationabilis & secundam (hoc est quoad interpretationem jejunii qualiter sit explendum) concurrentibus duobus. Primo, quod Papa siletet sine reclamazione, secus ubi reclamaret per Praedictatores, sicut ubique facit de iudicio Quadragesimae, quod à minori parte fidelium servatur; & tamen consuetudo non excusat. Secundo quod consuetudo talis sit apud timoratos & non eos qui non jejunant credentes tamen & scientes se jejunio obligatos, quia non est consuetudo, sed corruptela.) Hæc Silvestr. *At in casu nostro* Papa semper reclamant per Praedictatores contra non observantes præcepta Ecclesiastica, nec apparet Mediolani omnes etiam timoratos consensisse hoc modo jejunasse sed potius contrarium ex Dec. *supra cit.* Ergo talis consuetudo cum non sit legitime praescripta non debet obtinere adversus iustitiam universalis Ecclesiae, Ecclesiasticam disciplinam & traditiones Apostolorum.

Non obstat quòd habens consuetudinem immemorabilem possit allegare privilegium c. 1. ubi Doctores de *praescript. in 6.* quia quando allegatur privilegium in materia non verisimili, praesumitur falsum & subrepticium, Felin. in *e. Cum ex Officio n. 13. de praescript.*

Nec obstat Can. *Denique dist. 4. Primò,* quia ex illis verbis clare non habetur de qua Dominica loquitur. Deinde allegatur nomine Gregorii; & tamen non reperitur aliquam tale dictum apud ipsum. Imò repugnat expresse verbis Gregorii supra relatis *Homil. 16.* Sed neque ex illis verbis, e. *Denique*, potest colligi voluntas & consensus Papae.

Denique praedictus Canon ubique probat consuetudinem illam vescendi caribus in Dominica Quadragesimae esse corruptelam & populo qui ab ea dimoveri non poterant, mortaliter peccare. Et quamvis dicat cum venia suo ingenio relinquendus esse, tamen ut inquit glossa in verbo *Venia*, hoc debet intelligi de venia poenae, non de venia culpae; tolerat enim Gregorius illud crimen vescendi caribus in Dominica Carnisprivii propter periculum schismatis vel scandalii. Unde non esse dicendum quòd ignoratur eis, licet non puniat eos propter multitudinem vel scandalum. Sufficiens enim sunt crimina ratione scandalii vel schismatis, ut *24. q. 4. c. Non potest* de ratione multitudinis, ut *50. dist. c. Ut constitueretur.* Haec ibi & in verbo *Consuetudine*, glossa dicit, consuetudinem hujusmodi excusare à poena temporalis, ut ibi, sed non à gehennali. Imò enim consuetudo non minuit peccatum, sed auget, e. *Schisma 24. quest. 1. c. Flagitia 32. q. 7. c. Non satis de simon. & sequuntur hic Archid. Bellam. Tarreret. & Praepos.*

Ultimò non obstat quòd legitur in recentioribus Homiliarum Dominica Carnisprivii; & tamen sequitur in *e. Quadragesima* Et quod in Breviario & Missalibus Ecclesiae Mediolanensis prima Dominica Quadragesimae appellatur quae est secunda juxta nostram sententiam. Tum quia inscriptiones hujusmodi procedunt suppositis corruptelae inducta post Ambrosium. Tum etiam quia cum ille dies sit primus, non appellatur prima Dominica Quadragesimae, sed potius Dominica in capite jejunii Quadragesimae.



DE ECCLESIAE AEDIFICANDIS VEL REPARANDIS.

Alexander III. Eboracen. Archiepiscopo.

CAPUT III.

AD audientiam nostram noveris pervenisse, quòd villa, quae dicitur H. tantum perhibetur ab Ecclesia Parochiali distare, ut tempore hiemali cum pluviae inundant, non possint Parochiani sine magna difficultate ipsam adire, unde non valent congruo tempore Ecclesiasticis officiis interesse. Quia igitur dicta Ecclesia, ita dicitur redditibus abundare, quòd præter illius villae proventus minister illius convenienter valeat sustentationem habere, mandamus quatenus si res ita se habet, Ecclesiam ibi aedifices, & in ea Sacerdotem subdito appellationis oblatulo, ad praesentationem rectoris Ecclesiae majoris, cum Canonico fundatoris assensu instituas, ad sustentationem suam ejusdem villae obventiones Ecclesiasticas percepturum, providens tamen, ut competens in ea honor pro facultate loci, matri Ecclesiae servetur, quod quidem fieri posse videtur, cum ejusdem villae Dominus viginti acras terrae frugiferae velit ad usus Sacerdotis conferre. Si verò persona matri Ecclesiae virum idoneum praesentare distulerit vel opus illud voluerit impedire, tu nihilominus facias idem opus ad perfectionem deduci, & virum bonum appellationis cessante difficultate instituire non omittas.

S U M M A R I U M.

- 1** Ecclesia nova potest in Parochia aedificari propter nimiam distantiam Parochialis; si tamen certa portio assignari ex redditibus Ecclesiae antiquae.
- 2** Possunt id solum quod commodè possunt.
- 3** Horti congrui non accedunt ad actum explicandam, non cenentur eidem interesse.
- 4** Parochia nova erigi non potest ex redditibus Ecclesiae cui non supersunt necessaria ad sustentationem rectoris.
- 5** Parochiani cogi possunt administrare quae sufficiunt ad vitam novi Parochiani sustentandam, si Ecclesia matri redditibus non abundet.
- 6** Et quid si Parochiani sint pauperes & n. seq.
- 7** Ecclesia Parochialis quolibet erigi potest sine dote.
- 8** Parochialis noviter ereccta quem honorem debet impendere matri Ecclesiae.
- 9** Et in quibus eidem remanet subiecta & n. seq.
- 10** Ecclesia nulla prater Cathedralis fundat intentionem super subiectione alterius Ecclesiae etiam fundata infra limites Parochiae suae.
- 11** Parochia nova erigi potest ab Episcopo infra limites Parochiae alterius, etiam invito Rectore.
- 12** Appellari non potest ab erecctione nova Parochiae ad effectum suspensivum, sed devolutivum tantum.
- 13** Parochia nova ut erigi possit ab Episcopo infra limites alterius Parochiae quae requiratur & n. seq. usque in finem.
- 14** Parochialis Ecclesia in alterius Parochia regulariter aedificari non debet.
- 15** Fallit legitima subsistente causa, ibid. n. 15.
- 16** Et causa justa est magna difficultas Parochianorum accedendi ad Requiritur matricem & n. 23.
- 17** Non tamen requiritur ut aliqui decesserit sine Sacramentis.
- 18** Parochialis amplitudo an sit justa causa erigendi novam Parochiam.
- 19** Et quid si inter populum alienius villae & Parochiale intercedat flumen quod transire non possit.
- 20** Parochialis si intra Circuitum sita sit, quibus remediis consulendum sit Parochianis extra Circuitum existentibus, quales quibus concessa est Parochialis intra circuitum, cogi possunt ab Episcopo ad construendam Capellam extra civitatem eique interveniendum per scripturam vel Capellanum Fagazzan. in III. Lib. Decretal.
- 21** Parochialis nova construi potest ab necessitate leproforum, sine gravi tamen praedictio Parochialis antiquae.
- 22** Parochia erigi non potest ex sola causa quòd populus sit valde numerosus, sed tunc cogendus est Rectori sibi coadjutores adungere.
- 23** A Parochia antiqua non potest Episcopus loco erectionis novae Parochiae aliquam partem populi separare & alteri commodiori applicare.
- 24** Nec duas Parochias unire.
- 25** Vicarius duas perpetuas in Parochiali Episcopus erigere non potest, ex eo quòd populus sit valde numerosus.
- 26** Parochia ut erigi possit, quot Incolae sint necessarii.
- 27** Parochia erigi non potest nisi citato Rectore Ecclesiae matri & aliis quorum interest & n. seq.
- 28** Parochialis Ecclesia si nulla sit ex defectu citationis, non tamen prohibetur Episcopus si causa subdit, iterum ad erectionem procedere.
- 29** Parochialis erigenda infra limites alterius Parochiae, quo ordine sit procedendum in assignatione datus & n. seq.
- 30** Parochialis erigenda assignari possunt redditus Ecclesiae matri, etiam si sit Cathedralis, non autem aliarum Ecclesiarum.
- 31** Pro Parochia noviter erigenda, potest Episcopus facere unionem beneficiorum, si alii redditus non suppeditant.
- 32** Et quid de Canonibus habentibus curam animarum annexam in alia Ecclesia non Collegiata.
- 33** Jus patronatus Ecclesiae noviter aedificatae infra limites alterius Parochiae, quibus sit reverendandum.
- 34** Patroni plures esse possunt in una Ecclesia ex causa fundationis vel dotationis, etiam si inaequaliter dotaverint & n. seq.
- 35** Aiva quid sit.
- 36** Ecclesia matri ex cuius obventionibus erigitur nova Parochia, efficitur patrona simul cum alio distante.
- 37** Ecclesia matri non acquirit jus patronatus in Ecclesia fundata intra sui limites, nisi de suo aliquid contulerit, quamvis oblationes futurae dicantur esse loco dote.
- 38** Capella si intra Ecclesiam aedificetur & ab alio doteatur, Ecclesia efficitur patrona.
- 39** Mandatum speciale requiritur ad erigendam novam Parochiam.

- 42 Ad Parochiam erigendam Episcopus non procedere debet auctoritate ordinaria vel delegata.
- 43 Parochia novae congregationis requisitis possunt Episcopi erigere etiam in Parochia Regularium & Ordinum Militarium.
- 44 Regulares Ecclesias ad Sacramenti necessitatem non possunt Episcopi in Parochias erigere.
- 45 Appellatio ab Episcopo procedente auctoritate delegata in eo casu in quo vis poterat etiam auctoritate ordinaria ad quem fit interponenda & n. seq. usque ad n. 49.
- 46 Potestas delegata car. sit Episcopi per Concilium Tridentinum attributa.
- 48 Appellatio ab erectione Parochialis facta ab Episcopo infra limites Parochiae Regularibus subiecta, interzoni non potest, nisi ad Papam.
- 49 In Parochia erigenda an Episcopus teneatur adhibere consilium vel consensum Capituli & n. seq. usque ad n. 55.
- 50 Quid de Jure communi.

- Et quid ex Concilio Tridentino n. 52. & 54.
- 51 In Parochia dismembratione requiritur tractatus.
- 52 In unionibus & alii actibus quae sunt auctoritate delegata, non requiritur Capituli consensus.
- Declaratur n. 54.
- 54 Capituli consensus non requiritur, si nova Parochia ab Episcopo erigatur in Parochia Regularium subiecta.
- 55 Decima ad Ecclesiam matricem pertinentem, an transeat iusto jure in Parochiam noviter erectam infra illius limites.
- 56 Ecclesia quae noviter in Parochiam erigitur, an Episcopus in vim Concilii Tridentini possit unire aliquem ex Canonicibus Ecclesiae matricis & n. seq.
- 57 Unius facultas non venit in generali dispositione.
- 58 Tituli non sunt ab Episcopi transferendis ab una ad aliam Ecclesiam sine magna causa.
- 59 Parochia ex iusta causa possunt dividi, etiam invitati Clerici.

AD audientiam. Propter nimiam distantiam Ecclesiae, potest nova Ecclesia in illius Parochia constitui; eique certa portio assignari ex redditibus Ecclesiae antiquae. Hoc dicit Dividitur in duas partes. In prima ponit facti narrationem. In secunda provisionem hic qua agitur. Quae primo providet quando Rector consentit. Secundo, quando dissentit hic si vero.

Nota primo hic sine magna difficultate, hunc esse iustam causam dividendi Parochiam & novam Ecclesiam infra illius limites construendi, si ad Ecclesiam antiquam sine magna difficultate accedere nequeunt pro Sacramentis percipiendis & Divinis Officiis audiendis. Et quod hic dicitur sine magna difficultate, Concilium Tridentinum dixit sine magno incommodo in c. 4. sess. 21. & mensio, nam illud solum volumus quod commode possimus, ut l. Nisi Praeterea, ff. de verb. signifi. c. fin. supra de dilat. c. quia propter de elect. e. fin. §. penult. de procurat. glossa in c. Facit in verbo Non potest in fine 22. q. 2. & hic notant Host. in princ. in verbo sine magna difficultate, Joan. Andr. n. 2. Butr. n. 4. Card. n. 2. Anchar. in secundo notab. Sive autem haec difficultas adeundi Ecclesiam matricem proveniat ex distantia loci sive ex alia causa nihil refert, ut dicam infra in prima questione, n. 18.

Secundo nota hic congruo tempore, eum qui congruo tempore non accedit ad actum explicandum, non censeri eidem actui interesse, arg. c. consulti. §. 1. supra de Offic. deleg. locundum Host. hic in princ. Joan. Andr. n. 2. Butr. n. 4. omnes in verba congruo tempore & Card. in 2. notab. quod facit contra Canonicos qui accedunt ad chorum post Olicium inchoatum & contra eos qui ad Missam coeptam veniunt diebus Festis, ut praecipuo Ecclesiae non satisfaciunt, de quo tamen dicitur per Innoc. in c. Dolens ad fin. verbi. Item si aliquis non interfuit supra de celebrat. Missae per Archiep. in c. Missa de consecr. dist. 1. & Silvest. in verbo Missa 2. n. 1. verbi. Dicitur quarto.

Tertio nota hic, conveniunt valeat sustentationem habere, non esse locum erectioni nova Parochiae ex redditibus Ecclesiae antiquae, nisi Ecclesia matricis adeo redditibus abundet, ut ejus Rector abique preventibus nova Ecclesiae assignatis competentem valeat sustentari, ut hic & in c. bona rei 12. q. 2. c. quicumque 16. q. 1. & Ecclesia supra de decim. & c. pro. supra eodem. Quomodo enim Rector matricis Ecclesiae egeret redditibus sibi subtrahitis, illius causa potior habenda esset, arg. c. 1. supra de Paroch. cum aliis hic allegatis per Host. n. 2. in verbo obventiones, verbi. Sed quid si antiquus Rector & Butr. n. 10. nam agris suis sicutibus alieni non sunt irigandi, l. Praesens, cod. de servit. & ita concludunt hic glossa in verbo conveniunt, Host. n. 3. Joan. Andr. n. 7. in glossa 2. Butr. numero 4. in verbo abundare & Anchar. in 3. notab.

Verum hanc conclusionem Imitat ibidem Host. & glossam corrigit in eo casu in quo nihil fieret erectione nova Parochiae, animarum periculum immineret, puta quia Parochiani decederent sine confessione & aliis Ecclesiae Sacramentis, tunc enim putat novam Parochiam esse ab Episcopo erigendam, etiam si Ecclesia matricis redditibus non abundet, nam rebus nimis sunt praeferenda, ut notatur in c. Exstirpanda, §. cum igitur supra de praeb. & c. 1. de signor. sed tu adverte, quia glossa habuit optimum intellectum relata ad textum, non enim negat quin sit faciendus erectione ubi periculum imminet animarum, sed sentit illum non esse faciendam ex redditibus Ecclesiae antiquae, quando hujusmodi redditus non sufficiunt ad sustentationem Rectoris; & sic glossa non discrepat a sententia Hostiensis. Dic ergo in hoc casu in quo Ecclesia antiqua nihil habet praeter necessarium sustentationem & subiectum Parochiae populum, ut P. Reburto instituendo necessaria ministraret, argum. cap. cum sit Romana de sinon. &

expressè cautum est decreto Concilii Tridentini cap. 4. sess. 21. ubi innovatur hoc cap. & statuitur ut si necesse fuerit, compellere possit Episcopus populum ea subministrare, quae sufficient ad vitam ipsius Sacerdotis sustentandam, facit cap. 7. sess. 21. ibi, In illorum deserta Parochianos omnibus remediis opportunis ad praedicta cogant, & c. 13. sess. 24. in illis verbis: per Parochianos Simbala, aut collectas, aut qua commovent et videtur ratione tantum redigatur, quod pro Rectoris, aut parochiani esse debet deceter sufficere. Hoc ibi. Sin autem paupertas Parochianos excuset, cogat Episcopus Abbatem, vel Praepositum, cui parochia illa in temporalibus subest, ad supplicanda vitae necessaria Sacerdoti instituendo, ut c. Sanctorum, verbi. Si qui tamen capelle, 70. dist. 6. Exstirpanda, §. Cum igitur, supra de praeb. Quod si & illis excuset inopia, provident Episcopus ex mensura sua, argum. c. fin. in fine cod. & c. Inter cetera, supra de offic. Ordin. Ad hoc enim tenetur Episcopus, si commode potest, ut cap. 1. 16. q. 3. c. Praecipuus, & c. Ecclesiasticum, 12. q. 1. c. Regenda & per totum, 10. q. 1. & c. Episcopus habet potestatem, 10. q. 2. Ad extremum si neque id fieri possit, & egerit omnes labores, novus Parochus propriis manibus ex artificio victum sibi quaerit, cap. Clericus, 1. & 2. 29. dist. 8. sic dicitur casus, in quo parochialis Ecclesia constitui poterit sine dote, cum scilicet urgeat necessitas, & alia ratio non superpetit, quod nota singulariter secundum Abb. hic n. 7. ad imitationem, c. Nemo de consecr. dist. 1. prohibentis Ecclesiam edificari sine competentem dote. Itaque secundum ordinem superiorum propositum procedendum erit ab Episcopo in assignatione reddituum pro sustentatione Rectoris nova parochiae, prout concludunt hic Hostien. n. 3. Joan. Andr. n. 7. in 1. quae. & Abb. num. 7. Et alias declaravit Sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini interpretum. Censuit enim in terminis Concilii assignationem faciendam ex fructibus ad Ecclesiam matricem pertinentibus; & si illi non sufficiant, tunc demum populum compellendum esse; quod si nec ipse ob paupertatem compelli possit, Episcopum de suo dare debere.

Quarto nota ibi, competens in ea honor. Ecclesiam constructam infra limites alterius Parochiae teneri aliquem honorem impendere matrici Ecclesiae, scilicet annuum censum in signum subiectionis, arg. cap. Omnis anima, supra de censib. moderandum tamen arbitrio Episcopi, arg. cap. De causis, supra de offic. deleg. secundum glossam hic in verbo Honor. Vel die Clericos Ecclesiae noviter edificatae teneri majorem Ecclesiam adire pro baptismo, Scrutinio, Capitulo & confimilibus, vel solvere illa jura, quae capelle debent Ecclesiae matrici, ut c. 2. de Capell. Monach. & c. His, quae de major. & obed. secundum Innoc. & Abb. Antiqui in verbo Honor. Host. num. 3. in verbo Providas tamen. Joan. Andr. n. 10. Butr. n. 12. Anchar. in 5. notab. & Abb. num. 6. Vel certe antiquae Ecclesiae reservabitur sepultura, ut cap. Transmissa, de prescript. & tenet Joan. Andr. dist. n. 10. & in c. Certificari, de sepultura. Ceterum adverte, quia dum glossa dicit hujusmodi honorem debere antiquae Ecclesiae in signum subiectionis, haec ratio esse falsa, & nullo jure probatur secundum Abbatem n. 8. imò hic textus probat o. positum: nam reservando majori Ecclesiae patronatum, & competentem honorem pro facultate loci, in reliqui videtur illam Capellam eripere a potestate Rectoris antiquae Ecclesiae. Praeterea nulla Ecclesia praeter Cathedralam fundat intentionem de jure communi super subiectione alterius Ecclesiae etiam fundata infra limites parochiae suae. Quomodo enim Ecclesia intendens sibi vendicare jus in aliam Ecclesiam, eamque obtinebit, quatenus probabit sibi competere ex jure speciali. Ad quod dicit esse textum, & communem Doctorem theoreticum in c. Discretus, de Capell. Monach. Pro opinione Abbatis allego §. Sicut duo, post c. Praecipuus, 16. quae. 1. ubi

De Eccl. edificat. c. Ad audientiam, il primo.

- 11 Quinto nota in verbi. Si vero, procedi posse ex causa hic expressa ad erectionem novae parochiae etiam invito & contradicente Rectore matricis Ecclesiae, quamvis id cedat illi in diminutionem honoris & commodi temporalis, ut hic patet expressè in illis verbis: Si persona matricis Ecclesiae opus illud voluerit impedire, tu nihilominus facias idem opus ad perfectionem deduci & virum bonum, appellacionis cessante diservit. Insuper non omittas: & firmiter Hostiensis num. 1. in ver. Obventiones, Joan. Andr. & Butr. ambo n. 7. Anchar. in 6. notab. & Abb. n. 16. Cardinal. conf. 8. Quidam Sindi. c. n. 3. verbi. Dico tamen, verum gloss. ult. in cap. 2. 93. dist. sentit hoc fieri non posse invito Rectore, nisi per Papam, vel de illius mandato, prout hoc factum fuit. Idem tenet gloss. hic in verbi. Obventiones, dicens hoc Pontificem fecisse de plenitudine potestatis propter animarum periculum quod imminet. Et quia praeter preventum illius villae Rector majoris Ecclesiae poterat competere sustentari, sed Episcopus hoc facere non potest, nisi de consensu Rectoris matricis Ecclesiae, ut c. Ecclesia, & c. Quicumque, 16. qn. 1. quia non potest jura illius Ecclesiae dare alteri, cap. 1. de reb. Eccl. non alien. & arg. c. Constitutum, & c. Praecipuus, §. Si duo, ead. caus. & quae. Quapropter dicebat Vincentius, hic removerit appellacionem, quia fit ex mandato Papae; sed si fieret ab Episcopo, liceret appellare, ut refert Cardinal. in 4. notab.

Sed hujusmodi controversiam sustulit jus novissimum Concilii Tridentini in dict. cap. 4. sess. 21. ubi dicitur verbi haec: ut Episcopi in Ecclesia parochialis, vel baptismalis, in quibus ob locorum distantiam, live difficultatem parochiani sine magno incommodo ad percipiendum Sacramenta, & divina officia audire accedere non possunt, novae parochias erigi invitati Rectoribus juxta formam Constitutionis Alexandri III. quae incipit, Ad sustentationem, constituitur possint & Sacerdotibus noviter praedictis competentem portionem assignare ex fructibus ad Ecclesiam matricem quomodocumque pertinentibus. Quo decreto clare corrigitur opinio glossae, & approbatur opinio Hostiensis, nam ut videt, ex Concilio post Episcopi novae Parochias erigere, & Sacerdotibus de novis praedictis certam portionem assignare ex redditibus Ecclesiae antiquae etiam invitati Rectoribus.

Similiter eo decreto corrigitur opinio Vincentii sentientis, non removeri appellacionem cum nova parochia erigatur auctoritate Episcopi, nam cum Concilium de Episcopi facultatem erigendi ad praescriptum hujus decretalis, & hic tollatur appellacionis obstaculum; utique ex hoc manifestè liquet, Episcopum posse hoc casu procedere appellacione remota. Quae tamen clausula non impedit appellacionem ad effectum devolutivum, sed suspensivum duntaxat, ut est textus in cap. Pastoralis, verbi. Sed si appellans, supra de appellat. & est communis opinio, ut ibi testatur Abbas n. 12. & Praepos. n. 6.

- 13 Quarto, generaliter quae requiruntur ad hoc ut nova parochia erigi possit ab Episcopo infra limites alterius parochiae.
- 14 Respondeo multa esse necessaria, quorum si vel alterum deficiat, erectione non sustinetur. Et quidem ante omnia requiruntur iusta causa, de qua constat legitime, nam regula est, ut Parochialis Ecclesia in alterius Parochia edificari non debet, ut c. Ecclesia, & c. Quicumque, 16. quae. 1. Sed haec regula fallit, legitima subsistente causa, ut aperie probatur hic, nam Pontifex primo narrat causas erectionis, deinde praecipit erectionem fieri adjecta clausula, Si rei ista se habet. Ergo causa subsistente, eaque probata, & non alias permittitur erectione. Ad hoc c. Praesenti §. Lora, de praebend. lib. 6. & deducunt hic Anton. de Butr. & Abb. ambo in 1. notab. & Rebuff. in Praxi benefice, in 1. part. in ter. de erectione in curat. vel Parochial. n. 2. & ante eo gloss. ult. in cap. Nulli, 99. dist. est enim hujusmodi erectione, & dismembratio a Parochia antiqua iustas alienationis iurium Ecclesiae, quae sine causa fieri non debet, ut c. 1. de reb. Eccl. non alienan. lib. Abbas ubi supra. Archil. decis. un. de reb. Eccl. non alienan. Rota decis. 1. cod. tit. in nov. & decis. 63. num. 1. part. 7. recent.
- 15 Praecipua autem causa, quae iustificat erectionem novae Parochiae, est magna difficultas, seu magnum incommodum Parochianorum adeundi Ecclesiam matricem ad percipiendum Sacramenta, & divina officia audienda, ut hic patet expressè, & in praell. decreto Concilii Tridentini, c. 4. sess. 21. & tenet hic gloss. 1. Innoc. & Hostien. ambo in princip. in

ver. Sine magna difficultate, & alii supra citati in 1. notab. Aliqualis ergo incommoditas non sufficit secundum Abb. hic n. 7. non tamen requiritur ut Parochiani aliquando decefferint sine Sacramentis. Neque id exigunt Hostien. Abb. & Doctores. Sed tantummodo hujusmodi casus mentionem faciunt per modum exempli. Unde satis est ad validitatem erectionis ut imminet periculum ne sic decedat, neque hujusmodi eventus est expectandus, quin potius preventendum ne contingat, cum satis sit occurrere in tempore, quam post exitum vindicare, seu post vulneratam causam remedium quaerere, dicit textus in l. 1. C. quond. hic, sine jura. & in l. ult. ad finem, C. In quibus, caus. in integ. restit. non est necess. Et ita censuit Sac. Congregatio Concilii, videlicet pro erectione novae Parochiae non esse expectandum ut Parochiani absque Sacramentis decefferint. Quod bene nota, quia frequenter audivi Parochiorum querelas, quod Episcopi processerint ad erectionem novae Parochiae, absque eo quod ullus ex Parochianis unquam obierit sine Sacramentis. Porro ad hanc difficultatem accedere ad Ecclesiam matricem pro suscipiendis Sacramentis, & divinis officis audiendis ahae causae omnes reducuntur. Unde inferunt primo, ut distantia loci ab Ecclesia parochiali sit iusta causa novam parochiam erigendi, ut hic est casus, & in d. e. 4. Et quomodo Joan. Andr. Card. Abbas, & alii in Summa hujus textus videntur ad hoc exigere nimiam distantiam; verum tamen magna longinquitas, & viarum discrimen non requiritur, ut observat Ant. de Butr. n. 3. in ver. Dispare. Sed solum requiritur talis, ut propter erectionem sine magno incommodo non pateat accessus ad majorem Ecclesiam, ut hic patet, & tenet Domini de Rota decis. 484. n. 1. part. 1. recent. Sufficit ergo pro causa difficultatis, ut Parochia Ecclesiae antiquae sit adeo ampla, ut populus praesertim adversus temporibus non possit sine magno incommodo illuc horis congruis ad divina officia confluere, secundum Abb. n. 3. Atque ita ob distantiam loci permittitur quod alias non permittitur, ut notat gloss. 1. in c. Et temporis, 16. q. 1. & est in simile in l. Cum possit sententiam, C. de appellat. & in l. Si longius, ff. de iudic. in cap. Cum longè, 63. dist. in c. Si quis extra, de consecr. dist. 1. & in c. Quoniam quidem, 18. dist. Quanta autem debet esse hujusmodi distantia, seu parochiae amplitudo, ad hoc ut parochiani dicantur non posse sine magno incommodo ad Ecclesiam accedere, cum jure definitum non sit, iudicis arbitrio relinquitur, cap. De causis, supra de offic. deleg. & tenet Menoch. de arbit. Jud. cen. §. casu 497. n. 4. ad quod vide bonam glossam in c. ult. in ver. Longo, 80. dist.

Inferunt secundo ut similiter iusta sit erectionis causa, si inter populum alicujus ville, & parochialem torrens, vel flumen aliquod intercedat, quae nec pontem habeant, nec vado transiri possunt, ut l. Flumine interventore ff. de servit. rustico praed. praesertim hiemali tempore cum pluvie inundant, iuxta textum hic. Quae causa sufficiens esse etiam sine distantia loci. Undecumque enim proveniat magna difficultas percipiendi Sacramenta, dicitur subsistere iusta causa erigendi novam Parochiam, ut ex dictis patet, Ideoque Concilium Tridentinum in d. c. 4. sess. 21. alternativè loquitur ibi, ob locorum distantiam, live difficultatem, ita ut propterea alterutrum sufficiat, c. Inter cetera, supra de responsis. cum jure concordant.

Inferunt tertio, ut eodem modo iusta sit causa erigendi novam parochiam in casu allegacionis, Lab. alleg. 65. incip. Quoddam Monasterium, per totam, ubi propositi Monasterium S. Ambrosii, cui cura imminet performam secularium, fuisse inclusum intra moenia civitatis Florentiae, & aliquot familias eidem curae subiectas extra ambitum civitatis remanisse; unde contigit ut sicuti rusticis sine maxima difficultate, & incommodo requirerent divina officia audire, & Ecclesiastica Sacramenta percipere, cum fores dictae civitatis singulis diebus ante noctis tenebras clauderent, & sic clausae remaneant, nec ulli aperiantur usque ad clarum lucem sequentis diei. Quapropter non poterat Capellanus praedicti esse Sacramentis administrandi in casibus repentinis inhi. m. aris, vel mortis, praesertim parturientibus. Praeterea quod Parochiani degentes extra cum suis mulieribus & familia rusticis, & abjectis velibus induti non poterant cum debita conversatione diebus festis ad Ecclesiam confluere, & cum divinis divitiis; & pretiosis velibus amictis se adnoscere, sed potius rufi & delationis patebant obfartura, & morum disparitatem; quibus seculis ad divinis strabebantur. Latius haec de re consultus propositum duo postillam remedia. Primum, videlicet ut si parochialis praedicta habeat in villa aliquas obventiones, sine quibus ejus Rector possit commodè sustentari, & reperitur aliqui qui vellet novam Ecclesiam fundare, & obventiones illas competentem augere, Episcopus erigat novam parochiam, eique assignet ejusmodi obventiones, cum dicto augmento, & rectorem in ipsa instituat, qui gerat curam incolarum extra moenia existentium. Quod dicit probari ad litteram in hac decretali, & subdit propositas causas esse plures, & urgentiores illis, quas hic consideravit Pontifex.

Modoque erectionem fieri posse ab Episcopo etiam invito Rectore Ecclesie matricis, cum non habeat iustam causam contradicendi. Alterum remedium est, ut rector majoris Ecclesie si redditibus abundet, novam capellam fundet in dicta villa, & eam dotet pro sustentatione unius Sacerdotis ibidem deputandi, & construat ipsam capellam manuum matricis Ecclesie, ita ut illius Capellanus sit ad ejus nutum amovibilis, de quibus manualibus notatur in Clem. un. de suppl. reglar. Pralat. & in c. Cum singulari, de prebend. lib. 6. Ursumque remedium alias probavit S. Congregatio Concilii, censuit enim Parochianis, qui cum sint dispersi extra civitatem, & parochialem Ecclesiam intra civitatem suam habeant, & hinc ob locorum distantiam, seu distantiam patiuntur in commoda in percipiendis Sacramentis, & in divinis Officiis audieris succurrendum esse remedio c. 4. sess. 21. Item censuit ad providendum necessitati Parochianorum extra civitatem existentium, quorum parochialis est intra civitatem, novam Capellam extra civitatem esse erigendam, que non sit Ecclesia ipsa per se, sed in proprietate matricis Ecclesie, in qua constituantur Sacerdotes amovibiles ab Ordinario approbatus, qui ad alios Sacramenta illis, qui sint extra civitatem, ad quos non potest Parochus in nocte, quia porte civitatis clauduntur, accedere, quod est unum ex remediis Lapi alleg. 66. Possit tamen esse locum etiam aliis remediis. Censuit Episcopus posse compellere regulares, quibus concessa fuit parochialis Ecclesia civitatis Novariensis, ad erigendam novam capellam extra civitatem, ubi plures families sub dicta cura existunt, qui capella possunt vel per seipsum pro via Ordinarii approbatione inseruire, vel per capellanus ad nutum amovibiles.

Inferat quartum, ut similiter legitima sit causa construendi novam Parochialem, recessit leproforum, si gravi tamen prejudicio Parochialis antique, ut legitur, & notatur in c. proximo, supra vol. secundum Holt. hic n. 1. vers. Et ista causa: & plenus in summa cod. tit. 8. fin.

Et ex predictis collige, in effectu unam esse causam erigendi novam parochiam, videlicet magnam difficultatem accedendi ad Ecclesiam matricem pro Sacramentis percipiendis, & divinis officiis audieris, nam alia causa, videlicet distantia loci, summa intermedia, porte civitatis clausa, necessitas leproforum, & alia id genus impediunt in tantum justificat erectionem, in quantum parum difficultatem hujusmodi; alia scilicet, ut ex iam dictis constat.

Verumtamen gloss. ult. in cap. Nullo, 99. dist. adducit aliam causam construendi novam Ecclesiam in parochia antiqua, videlicet cum multitudo fidelium excrevit: & movetur argum. illius textus ibi, Nisi aliqua gens decipiat ad se habet convector, cui necesse sit propter multitudinem eorum primatorem constitui: & cum illa gl. simpliciter transeunt in c. Gemini, & Praepositi. anbo in fin. ad idem textum in cap. Praepositi, 16. qu. 1. quo precipitur, ut ubi multitudo fidelium excrevit, illi ordinentur Episcopi. Tu de contra quoniam hoc casu nova parochia non debet erigi, sed utendum est remedio Concilii. Trid. d. c. 4. in princ. sess. 21. ubi statuitur, ut Episcopi etiam tanquam Episcopi Sedes Delegati in omnibus Ecclesiis parochialibus, vel hospitalibus, in quibus populus ita numerosus sit, ut unus rector non possit sufficere Ecclesiasticis Sacramentis ministrandis & Cultui Divino peragendo; cogant Rectores vel alios ad quos pertinet, sibi tot Sacerdotes ad hoc munus adungere, quot sufficiant ad Sacramenta exhibenda & Cultum Divinum celebrandum. Hinc ubi. Unde S. Congregatio eisdem Concilio Interpres jampridem censuit ex ea sola causa quod populus alicuius parochie adeo sit numerosus ut unus Rector non possit sufficere Sacramentis ministrandis & Cultui Divino peragendo, minime quidem licere Ordinario novam parochiam erigere, nisi & alia concurrant que exprimentur in Constitutione Alexandri III. que incipit, Ad audientiam, & innovatur decreto Concilii c. 4. sess. 21. vers. In iis verbis. Sed ob magnam hujusmodi numerum debere Ordinarium uti remedio d. c. 4. in princ. scilicet cogendo Rectores, ut sibi Sacerdotes adjuvant, quot sufficiant ad Sacramenta exhibenda & Cultum Divinum celebrandum. An autem quibus in casu ex decreto Concilii sess. 21. cap. 4. potest Episcopus novam parochiam erigere, possit etiam loco erectionis faciendae certam partem populi separare ab antiqua parochia & alteri commodiori appellare, vel exigui numerus populi, vel inopia, vel alia causa impediat erigi novam parochiam: Responsum est non posse ex decreto Concilii. Item Responsum, & ex eo decreto non licere Episcopo parochiam unire, sed tantum novam constituere. Item Responsum, non potuisse Episcopum erigere in Ecclesia parochiali dno Vicarias perpetuas, eo quod populus esset numerosus. Haec tamen de causa.

Secundum principaliter ad erectionem novae parochiae requiritur, ut in illa parte parochiae antiquae, ubi nova parochia est erigenda, sit competens numerus parochianorum. Et quidem Rot. d. rap. 380. n. 8. & 29. par. 5. rec. Videtur

teneri ad hoc non sufficere quatuor domos & duodecim animas aptas ad communionem per cap. Unico. 10. qu. 3. Sed certe ille textus magis innuit ut sufficiant decem animae aut enim, Ecclesia quae usque ad decem habuerit mancipia, super se habeat Sacerdotem, quae vero decem mancipia habuerit, alius conjungatur Ecclesiis. Hinc hic. Et merito, quia decem faciunt plebem, ut ait hic gloss. in c. Mancipia. Item Concilium Tridentinum d. c. 4. sess. 21. videtur requirere ut nova parochia habeat populum, ut patet ibi, compellere possit populum. Ad decem homines populum faciunt ut notat gloss. in c. 1. de elect. & Bart. in l. Praetor, la fronda, num. 4. ff. de vi honor. rap. Insuper advertere nescipiaris, quia dum Rota ad hoc requirit sufficientem numerum animarum, quae sint aptae ad communionem, hae aptitudo non est necessaria, quia usum rationis habentes tamen non sint apti ad communionem, tenentur tamen semel in anno consistere proprio Sacerdoti & Missam audire Dominice & festis diebus, etique dari debet Sacra Unctio; Baptismus vero etiam parvulis. Ergo si parochia incolae ad Ecclesiam sine magna difficultate ad hujusmodi Sacramenta recipienda & divina audienda accedere nequeant, five sint ad communionem apti, five non, succurrendum est illis remedio hujusmodi cap.

Tertio principaliter requiritur ad erectionem novae parochiae, ut citetur Rector matricis Ecclesiae, nam etsi erectio fieri possit etiam ipso invito, ut videtur est supra n. 3. notat. tamen non potest fieri, nisi eodem citato & requisiti ut cap. Multis consiliis, & cap. Felix, & cap. seq. 16. qu. 1. & tenet gloss. fin. in cap. Nullo 99. dist. & Lapi alleg. 66. num. 3. vers. Debet tamen requiri; & j. censuit S. Congregatio ad erectionem novae parochiae non esse procedendum aliter, quam citato Rectore parochialis, intra cuius fines nova parochia fuerit erigenda & erectionem omnia hujusmodi citatio, ab Ordinario factam nullius momenti existeret. Nec tantum Rectoris Ecclesiae, sed etiam aliorum omnium quorum in interest, praerequiratur citatio. Unde quarenti an requiritur consensus Rectoris vel Commendatarii aut magis Magistrum ad erigendam novam parochiam infra limites parochialis subiectae Ordinis S. Joan. Hierosolimitani responsum est ad erectionem posse procedi etiam invito Rectore, dum tamen praerelicti citatio tam ipsius quam omnium aliorum, quorum in interest. Caterum etsi nulla videtur erectio ob defectum citationis, tamen si causa erigendi sublevis licet Episcopo de novo erigere, idem scribendum viciniori Episcopo, ut se infra de causis que si subeant, peti poterit confirmato a Sanctissimo licet postea in casu illo resolutum fuerit erectionem nullam delectu citationis, nec causa foret.

Quarto principaliter requiritur ut erectio novae parochiae fiat ab Episcopo de capitulo consilio, vel consensu ut plene dicam infra in tertia quaestione.

Quinto, principaliter requiritur ut Ecclesiae noviter constituendae dos competens assignetur, ut e. Nemo de consecr. dist. 1. Et jam censuit Sacra Congregatio in erectione novarum Parochiarum prius cogitandum de dote. Et quidem si aliquis reperitur, qui velit eam ex bonis propriis competenter dotare, omnia erunt plana, alioquin in constitutione dote hoc ordine erit procedendum. Primum enim competens portio pro sustentatione Rectoris assignanda erit ab Episcopo ex redditibus ad matricem Ecclesiam quomodocumque pertinentibus, ut d. c. 4. sess. 21. Idque ex sententia Sac. Congregationis procedit etiam si Ecclesia matricis esset Cathedralis & quaecumque matricis; & posse assignari portionem ex redditibus illius matricis duntaxat non autem ex aliis Ecclesiis; quod si redditus hujusmodi insufficientes sint, nec sit aliquis qui velit illos augere, cogendus erit Abbas, vel praepositus, cui Parochialis illa subest in temporalibus; & in eorum defectum populus ea subministrare que ad vitam Rectoris sustentandam sufficiant. Si populus inopia labore, tenebitur Episcopus ex mensa sua. Demum si nimia egestas omnes excuset, Sacerdos nova Ecclesia proficiendus propriis manibus vicium sibi comparabit, prout hae omnia sunt explicavimus supra in 3. notat. n. 4. infra 33 ad num. 8. Possit etiam Episcopus facere beneficiorum unum pro nova Parochia in terminis Concilii eligenda, si non sint fructus vel obventiones, ex quibus deduci possit portio ex voto Sac. Congregationis Concilii dicit sanct. mem. Gregorius XIII. Et cum dubitaretur an Ordinarium in erectione Parochialis Ecclesiae facta juxta formam Concilii Tridentini cap. 4. sess. 21. potuisset vigore ejusdem Concilii unire eidem Ecclesiae in actu ipsius erectionis unum ex quatuor Canoniciatibus habentibus curam animarum annexam existentem in alia Ecclesia non Collegiata que erat Parochialis loci, in quo nova Parochia fuit erecta, affirmativè respondit Sacra Congregatio. De assignatione autem decimarum ad matricem Ecclesiam spectantem dicam infra in 4. quaest.

Sexto principaliter requiritur in erectione novae Parochiae, ut

ut jus patronatus & presentandi Sacerdotem noviter instituendum reservetur illi, quibus de jure; & quidem si reprobatur aliquis, qui velit Ecclesiam fundare & sufficienter quin imò ad eum pertinebit ipso jure etiam sine alia Episcopi reservatione, ut est text. in cap. Significavit, ubi Joan. Andr. Bald. Butr. & alii notant supra de testib. & est receptissima conclusio, ut dicunt Domini de Rota decis. 167. n. 4. pag. 2. diversor. Similiter si nova Ecclesia fuerit dotata ex redditibus ad matricem Ecclesiam pertinentibus planum erit jus presentandi Sacerdotem pertinere ad rectorem matricis Ecclesiae, ut probat hae littera hic, Ad presentandam Rectoris Ecclesiae majoris. Sed nihilominus etiam fundator Ecclesiae noviter edificatae habet jus patronatus, ut hic concludunt gloss. 1. in fin. lxxv. in ver. fundatoris; Abb. Antiqu. n. 1. Holt. num. 3. in verb. Ad presentandam; Joan. Andr. num. 3. in verb. Fundatoris; Butr. numer. 5. Gardin. num. 4. in 1. opposit. Anchar. in 4. notat. & Abb. num. 9. qui testatur hae opinione communiter teneri. Atque ita secundum eos duo erunt patroni Parochialis noviter erectae, videlicet Ecclesiae matricis ex causa rationis, quia ex propriis bonis eam dotavit & fundator ex causa fundationis si tantummodo fundum dedit & ex causa donationis, & donationis si simul dedit fundum & dotis residuum prout fecit in casu hujus decretalis Dominus vili, qui pro dote residuo dedit viginti acres terrae frugiferae, & de acres, id est jugera & est vulgare Angelorum; & jugerum habet octo stria triginta sex tularum ad persicam pedis Luitprandi, qua habet duodecim pedes trium semilium & trium digitorum ut per Anton. Augustin. in notis ad primam collationem Decret. tit. 35. de Eccl. ad fidem. cap. 1. & vide cap. 5. Quo sit, sint legit. in eadem collect. in parte decima, ubi fit mentio de acris quadraginta. Galli appellat autem, Itali bubulicam secundum Holt. & Joan. Andr. & ad predicta vide gloss. notat. in Summa in fin. 63. dist. Quae vult ut quavis fundatores Ecclesiae qualiter non contribuere ad dotacionem ipsius, tamen omnes efficiantur patroni, & ita sit patronus ille, qui dedit modicum sicut est ille qui dedit multum. Quod tamen limita & declara dummodo omnibus simul conditis, Ecclesia remaneat competentèr dotata. Secus si dos non fuerit integra ut tenet gloss. in c. Quicumque, 16. qu. 7. quam multum extollit Abb. hic n. 4. in 3. notat. Et hanc sententiam alias probavit S. Congregatio Concilii. Censuit enim dotacionem obventionum ad matricem Ecclesiam pertinentium, si alius concurrat ad dotacionem Ecclesiae noviter edificatae, efficiere Ecclesiam matricem patronam simul cum alio donante.

Verum si Ecclesia matricis ex propriis redditibus nihil contulerit, ambiguus juris est an acquirat jus patronatus Ecclesiae in sua Parochia edificatae. Janos. cap. Cum venerabilis de exceptis. tenet majorem Ecclesiam acquirere jus patronatus indistincte & cum sequitur Joan. Andr. in c. 1. de Capell. Monach. lib. 6. Sed oppositum concludit Abb. hic num. 9. Quia nullus alius textus preter hunc reperitur in jure qui tractet de hac materia. Unde in hoc tantum fundari potest opinio DD. Sed hic textus hoc non probat simpliciter, quia loquitur in eo tantum casu in quo Ecclesia matricis ex propriis redditibus aliquid contulerit pro erectione novae Parochiae. Ergo si nihil contulerit, non efficiatur patronus, cum hoc nullo jure probetur. Imò contrarium videtur probari, arg. e. prox. sup. eod. ubi agitur de Ecclesia constructa in alterius parochia & tamen non reservatur patronatus antiquae Ecclesiae quae de suo nihil contulit. Accedit quod patronatus non requiritur nisi ex fundacione vel constructione, aut donatione, ut notat gloss. in cap. Pie mentis, 16. qu. 7. & est receptissima conclusio. Sed ex constructione Ecclesiae infra limites parochiae duntaxat Ecclesia matricis non dat fundum, qui loci proprietatem non habet, nec sumptus ad constructionem, nec dorem ponit. Ergo patronatus non acquiritur & facit, e. Omnium de jure patr. Opinio Abbatis vera est, eoque probat olim Sac. Congregatio Concilii declaravit enim matricem Ecclesiam non acquirere jus patronatus in Ecclesia fundata intra suos limites, nisi de suo aliquid contulerit, non obstat ne quod oblationes futurae dicantur esse loco dotis.

Sed objicit, Si Capella intra Ecclesiam edificetur, & ab alio competenter dotetur, Ecclesia acquirat jus patronatus in ipsa Capella, ut hic firmat Abb. n. 11. dicens hanc quaestionem se hactenus non reperisse ab alio tantum plene Lambertini. in tract. de jurator. in r. p. 2. lit. in 2. qu. principali, art. 15. num. 1. & 2. Ergo idem dicendum de Ecclesia edificata infra limites alterius parochiae, licet Ecclesia matricis nihil contulerit. Solutio: Dic diversam esse rationem inter utrumque casum, nam in quaestione Abbatis negari non potest, quin Ecclesia antiqua ponat fundum, cum in sua proprietate & solo fuerit Capella edificata unde ex causa fundationis bene acquirat jus patronatus, ut d. c. cap. Quoniam de jurator. cum concord. de not. in d. cap. Pie Fagnan. in III. Lib. Decretal.

Ad audientiam, il primo. mentis, 16. qu. 7. Sed Ecclesia matricis non ponit fundum, cum parochia non sit de illius proprietate, ut superius dictum est.

Septimo principaliter requiritur, ut matrici Ecclesiae pro qualitate loci in parochia noviter erecta praeter patronatum competens honor servetur ut hic dicitur in verb. Providentia. In quibus autem ejusmodi honor consistat abundè ostensum est supra in 4. notat.

Octavo principaliter requiritur, ut novam parochiam Episcopus erigat ipse per se vel per suum generalem Vicarium ad id speciale mandatum habentem, ut probat text. in cap. Nemo, juncta gloss. in ver. Veniat per se, de consecr. dist. 1. & jam pridem visa est sentire Sacra Congregatio Concilii in casu parochialis Ecclesiae sub titulo S. Franciscae Vicario Cardinalis Archiepiscopi, licet in eo casu inclinasset speciale mandatum praesum cum Ecclesia ipsa jam esset erecta in parochialem, & in ea quali possessione existeret, ac propterea decenti Vicarium non habuisse speciale mandatum quod probandi incumbere, cum hae narrativa esset fundamentum suae intentionis ex Pur. decis. 78. lib. 2. & alii cumulat ab Anton. Gabr. Comm. conc. in tit. de prob. c. 6. art. 9.

Demum cum ex Concilio Tridentino Episcopus procedere possit ad erectionem novae parochiae etiam uti Sedes Apostolicae delegatus cautus, ut vel in decreto exprimat se procedere utraque, ordinaria scilicet & de egra, nam si non valebit ex una, valebit ex altera & abundans curia non nocet, nec vitabit adiectio supervacua vel procedat simpliciter nulla fela expressione autoritatis delegatae, vel ordinariae, nam duplicem potestatem habens censetur ea utriusque facit actum valere. Vel demum exprimat se ut procedat jure ordinario, cum in eo casu non habeat nisi potestatem delegatam, erectio non valeat & proinde omnia iure comprobant. Feder. de Sen. cons. 130. Falsam tal. est. Quaedam domus de Rot. decis. 96. par. 2. diversor. post Bald. & Anchar. in decis. allegatas. Licet clausula, omni meliori modo, salvaret erectio em, ex gloss. in l. 1. in ver. Constat, in fin. ff. de judic. & scriptis piam in cap. Ex parte n. 36. & 37. infra de arbit.

His omnibus servatis & causis cognita, in processum redactis tuto poterit Episcopus procedere ad erectionem novae Parochiae, etiam in Parochia exemptorum, nam cum in hoc vota Cardinalium in Sacra Congregatio essent divisa, Sanctissimus respondit facti rem erigendi novam Parochiam & assignandi portiones novae parochiae attributam Episcopo, si habere locum etiam in parochia Regularium & S. Congregatio caude censuit, concurrentibus rebus ita posse erigi novam Parochiam ab Episcopo etiam in Ecclesiis Ordinum Militarium. Sed Episcopo quarenti, an liceret obgrvem Sacramentorum necessitatem & iurare Ecclesiam regulari in Parochialem t Responsum Congregationem eius esse sententiam, ut cura animarum a praedecessore applicata Ecclesiae regulari applicetur saeculari.

Secundo Quaero. Si Episcopus processerit ad erectionem novae Parochiae ad praesentium Concilii Trid. c. 4. sess. 21. vel aliud fecerit tanquam Sedes Apostolicae delegatus quod tamen jure ordinario facere poterat & ab illius decreto appelletur, an recta adire possit Metropolitanam, an ve d'recessario appellandum sit ad Summam Pontificem.

Dic breviter, in omni casu posse appellari ad Papam omni medio, e. Ad Romanum, 2. qu. 6. gloss. in c. 1. in verb. Legatus, & hic Di. Ctores jura de offic. legat. & in c. Romani, in princ. in verb. Ad curiam de appellat. lib. 6. & notat Reitor. Caltad. in tract. de Inter. qu. 95. n. 1. Neper de monte Albano in tract. de except. except. 24. num. 12. Villadieg. de legat. qu. 8. num. 38. Sed nihilominus regulariter a sententia Episcopi appellatur ad Metropolitanam, c. Duo, supra de Offic. Crim. & d. c. Ad Romanam 2. qu. 6. & notat Baptista a S. Blasio in tract. de contradic. leg. & Canon. n. 134. Hieronim. Zanetini. de differ. jur. canon. & civil. num. 69. Quod locum habet etiam Episcopus processerit tanquam Sedes Apostolicae delegatus, hujusmodi enim autoritas attributa est Episcopo, ut firmiori jure procedere valeat contra exemptos Sedes Apostolicae immediate sub jectos; & quia ex autoritate delegata exemptiones non violantur, ut notat Abbas in c. Grassus n. 1. & 5. de Offic. Ordin. Non autem ut per hoc tollatur jus commune, per quod appellaciones deferunt Metropolitanis; eorum enim correctio vitanda est & vulgari. nisi. & ita censuit Sac. Congregatio Concilii die 7. Julii 1725. Intellige tamen hae resolutionem obinere, quia ad Episcopus potest utroque jure procedere, scilicet ordinario & delegato, ut in casu erectionis novae Parochiae; nam cum Episcopus potest eam erigere autoritate Ordinaria ex dispositione hujus cap. secundum communem opinionem em de qua supra in 5. notat. Nihilominus ex decreto Concilii Tridentini d. c. 4. in princ. sess. 21. potest hae facere etiam uti Se-

47 **de** Apollolice delegatus, merito in hoc & similibus casibus appellari potest etiam ad Metropolitanum. Secus autem est quando Episcopus non potest procedere ordinario iure puta contra exemptos, contra quos procedere non potest, nisi tanquam Sedis Apollolice delegatus, ut in casu c. 1. *sess. 6. in cap. 4. sess. 14. in c. 9. sess. 21.* & alibi saepe, tunc enim appellari non potest nisi ad Papam & ita supra scriptam resolutionem postea declaravit eadem Sac. Congregatio. Nam propositio dubio, An cum Episcopi procedunt ut Sedis Apollolice Delegati in causis que sub eorum ordinaria jurisdictione non comprehenduntur, possint ad alium, quam ad Sedem Apollolicam; Sac. Congregatio censuit non posse neque ex hoc inferioribus iudicibus ullum fieri preiudicium sed quando jurisdictione delegata cum ordinaria, Episcopum non posse huiusmodi delegationis protectu declinare jurisdictionem Metropolitanam in casibus illis, in quibus ante Concilium tanquam Ordinarius poterat ut eodem iure eademque potestate.

48 Et hinc notabiliter infero ut si Episcopus erigat novam Parochiam infra limites Parochie regularibus subiecte, quod potest secundum ea que dicta sunt supra numero 43. Tunc si graver, appellari non poterit ad Metropolitanum; qui cum in exemptos non poterit procedere, nisi iure delegato, necessario appellandum erit ad summum Pontificem delegantem, ut c. *super questionem supra de Off. deleg. c. licet in corrigendis de Off. Ordin. & tradit Marian. Socin. conf. 82. pro clariori n. 5. & per tot. lib. 4. intellige ad effectum devolutivum non suspensivum, cum in casu huius capitis appellatio sit inhibita, ut dixi supra n. 12. & ad predicta vide quod scripsi in c. *studia n. 28. 46. & 47. supra de Off. Legat.**

49 Tertio quoad an Episcopus in nova Parochia intra fines Parochie alterius erigenda teneatur adhibere consilium vel consensum Capituli.

50 **H**oc hinc n. 2. vers. *Non est tamen hoc* & Joan. Andr. *rod. n. in vers. Hoc tamen faciat*, tenet Episcopum debere hoc facere de Capituli consilio per c. *Pastoralis supra de donat. & consentiunt Butr. Card. & alii.* Sed certe ille textus exigit consensum, ut patet in extremis verbis hinc, *consensus est sui Capituli requirendus*, ubi hoc tenet glossa ultima & Joannes Andreas in *addit. ad Speculat. in tit. de decimis, littera D.* in verbo *unica circa finem additionis, vers. Secundus est*; & merito, quia cum hac divisio Parochie & dimembratio reddituum ad matricem Ecclesie pertinentium sit ista alienationis rerum Ecclesie, ut dixi supra n. 15. sine Capituli consensu fieri non potest, ut c. *cum nos, c. tuo & c. Pastoralis, supra de his que sunt a Prelatis & c. dudum de rebus Ecclesie non alien. lib. 6. prater in Ecclesiis ad invicem utendis necessariis est Capituli consensus, clem. si una eod. tit. & c. Pastoralis in fine supra de donat. ergo & in Parochia dividendis, arg. c. 1. infra de reg. jur. l. *Haroldus solum, h. si quis poss. ff. de testam. cum simi. ut per Roman. conf. 69. in l. *thematia n. 2.* Idcirco autem Host. & alii requirunt consilium Capituli, quia in dimembracione Parochie procedere debet tractatus, ut resolutio Rot. *dec. 1. de reb. Ecclesie, non alien. in c. 1. supra de foro compet. hinc dixi in 4. titub. post Petrum de Anchar. in 3. notab. & ad predicta vide Archid. in c. *Præmissis n. 4.* in verbo *cum consensu 16. q. 1.* Hac procedunt inspeclâ juris communis dispositione. Sed ex iure novissimo Concilii Tridentini res est magis ambigua. Ratio dubitandi oritur ex Decreto d. c. 4. *sess. 21.* ubi facultas constituendi novas Parochias tribuitur Episcopis etiam tanquam Sedis Apollolice delegatis, clausula enim illa que habetur in princ. textus censetur repetita in *h. in his verbis* qui venit continuative ad precedentia, ut aliis fuit resolutum. At quando Episcopus procedit tanquam delegatus Apollolice Sedis, non requiritur Capituli consensus, ut concludit Agid. Bellam. *dec. 574. incip. conclusio quod in unione*, ubi resolvit in unione faciendâ per Legatum de latere non exigi consensum Capituli, etiam si fiat unio Episcopali dignitati, quoniam est potestas Episcopi propter conjunctionem que est inter ipsum & Capitulum suæ Ecclesie, sit artata ad consensum vel consilium huiusmodi adhibendum, ut c. *novit. de his que sunt a Prelatis. & c. clem. si una.* Tamen in legato qui cum Capitulo huiusmodi unionem non habet, hoc non reperitur iure cautum, quam decisionem in legato habente a Sede Apollolica specialem auctoritatem utendi, sequitur Marian. Socin. in c. *si ut nire in 5. ar. princ. siml. 14. n. 105. infra de excess. Prælat. qua sicut Sedes Apollolica non tenetur requirere consensum alicuius inferioris, ita nec delegatus qui vicis illius obtinet.****

51 Similiter cum in c. *ad audientiam infra eodem*, tribuatur canonicis electo in Episcopum facultas utendi Ecclesiam cuius fuerat Canonicus Monasterio Regulari, dummodo Episcopus consentiat, quæron hinc Joannes Andreas n. 5. Card. Anchar. ambo in 1. *opposit. & Abb. in fine.* Quid operetur hoc indultum, cum sine illo possit unio fieri auctoritate Episcopi, & respondent huiusmodi delegationem hoc inter cetera operari ut consensus Capituli non exigatur. Eodem igitur modo si Episcopus novam Parochiam erigat auctoritate delegata sibi a Concilio tributa, non videtur egere Capituli consensu. In contrarium facti, qua Decretum d. c. 4. quoniam tribuit Episcopis potestatem delegatam, tamen dicitur verbis exprimit, ut c. *potestatis uti iuxta formam Constitutionis Alexandri III. qua incipit ad audientiam*; & sic videtur se restringere ad formam Juris communis. Sed de Jure communi in erectione novæ Parochie adhibendus est consensus Capituli, ut ostensum est supra n. 50. ergo huiusmodi consensus erit adhibendus, etiam si fiat erectio auctoritate delegata; & est simile in c. 5. *sess. 21.* ubi tribuitur Episcopis etiam tanquam Sedis Apollolice delegatis facultas faciendi uniones Parochialium Ecclesiarum; & tamen quia hic expressum est, ut uniones huiusmodi fieri debeant iuxta formam Juris, ex Sacræ Congregationis sententia requiritur Capituli consensus, prout requiritur de jure, ut in d. clem. *si una.* Quid dicendum? Cum Episcopus hoc casu duplicem habeat potestatem, unam scilicet ordinariam que illi competit ex dispositione hujus Decretalis; eique non fuit adempta a Concilio, alteram vero delegatam qui illi tribuitur in d. c. 4. & accumulatur potestati ordinariæ per illa verba *etiam tanquam Apollolica Sedis delegatis*, ponderando particulam que est augmentativa & implicitiva precedentium, videtur hic distinguendum, aut in erectione novæ Parochie Episcopus procedit iure delegato in quo iure ordinario non potest procedere, puta quia erectionem facit in Parochia subiecta Regularibus exemptis, secundum ea que dicta sunt supra n. 43. & hoc casu exitimo non requiritur consensum Capituli per rationes adductas à Bellamera & Mariano Socino *loc. cit.* Capitulum enim hoc casu non potest conquiri quod se inconsulto fuerit processum ad erectionem, cum Papa cuius vicis gerit delegatus, ad illius consensum requirendum non attingatur, arg. l. 1. §. *qui mandatum, ff. de offic. ejus cui mand. est jurisd.* aut procedat ad erectionem auctoritate ordinariâ in eo casu in quo potest iure ordinario, puta in Parochia non exempta; & tunc censio necessarium esse consensum Capituli, sicut erat ex jure veteri cuius dispositionem hac in parte Concilium Tridentinum non sustulit, nam quod non mutatur *sec. l. Sancimus, eod. de sum. & l. precipimus, eod. de appell.* & hanc distinctionem in legato de latere probavit in effectu Marian. Socin. in d. c. *si ut nire n. 105.* ut scilicet si procedat iure ordinario legationis, teneatur adhibere Capituli consentum ad eum modum quo Ordinarius tenebatur. Secus si procedat speciali jure delegationis; & eandem distinctionem probavit Sacra Congregatio in materia appellationis interponendæ ad Metropolitanum vel ad Sedem Apollolicam, ut dixi in q. preced. n. 46. & 48.

52 Quarto quoad an decimæ ad Ecclesiam matricem pertinentes transiant ipso iure in Ecclesiam Parochialem noviter erectam infra illius limites.

53 **H**ec questio, inspeclâ Juris communis dispositione, est admodum difficilis ob varietatem opinionum qua recentior Joannes Andreas in *addit. ad Speculat. in tit. de decimis, littera D.* in verbo *unica*, glossa, Host. & alii hinc in verbo *obventiones & Doctores in c. eam contingit*; & hinc dixi in c. 31. *infra de decimis.* licet opinio Calder. quod decimæ præsidentiales debeant Parochiali noviter edificatæ, videatur magis communis & servetur in Rota. Verùm hanc difficultatem dissolvit Tridentina Synodus in scriptis alleg. c. 4. *sess. 21.* ubi statuit ut Sacerdotibus qui novis Ecclesiis erunt faciendi, competens assignetur portio arbitrio Episcopi ex fructibus ad Ecclesiam matricem quomodocumque pertinentibus. Que verba aperte excludunt transitum decimarum prædialium ipso iure in novam Parochiam, prout eis sigillatim perpenis probavit latissime in predicta Decretali *cum contingat à n. 43. usque ad n. 52.*


54 Quinto quoad, an Ecclesie que noviter in Parochialem erigitur, possit Episcopus unire aliquem ex Canonicis matricis in vim Concilii Tridentini, *cap. quarto, sess. 21.*

55 **D**ecretum d. c. 4. nihil de unione dicit nec sub illis verbis (Sacerdotibus qui de novo erunt Ecclesie noviter edificatæ faciendi, competens assignetur portio ex fructibus ad Ecclesiam matricem pertinentibus) debet includi facultas supprimendi Canonicos Ecclesie matricis & illor. utendi Ecclesie noviter erecte, quia facultas utendi debet specialiter exprimi, nec venit sub generali dispositione, ut ex Innoc. in c. *ad hæc supra de Offic. Archid. tradit Gem. conf. 38. pro clariori n. 10. & pluribus comprobant Paris. conf. 41. ex his que in factis, n. 1. lib. 4. & Rebuff. in *proxi. benef. in forma Visitationis n. 102.* & cum erectiones novarum Ecclesiarum debeant fieri cum minor præjudicio antiquarum Ecclesiarum, quam fieri possit ex traditis per Butr. hinc n. 10. credendum non est Concilium voluisse ab Ecclesiis antiquis subtrahi posse non solum partem reddituum, sed etiam ritulos beneficiorum & numerum ministrorum dimitti, quod tenderet in diminutionem Divini cultus, c. *penult. de Constit. & in damnum quoque Parochianorum quibus expedire videtur habere Sacrosanctos Missas & Divina Officia celebrare & Sacramenta ministrare, nec sine magna causa debet Episcopus ex una Ecclesia ad alteram ritulos transferre; Oldrad. conf. 260. Quod unio n. 2. vers. Tertia ratio & Lupus allegat. 86. consultius quomodo esset providendum Ecclesie Parochiali noviter ob necessitatem erecte, nihil dixit de unione, sed aliis modis non prejudicialibus. Bertrandus vero in *conf. 36. vol. 2. part. 1.* loquitur de Ecclesia Parochiali noviter erecta; & sensit illi providendum esse per subtractionem oblationum & decimarum Ecclesie matricis in casu quo Curatus Ecclesie antiquæ & ejus Vicarius ex redditibus restantibus se sustentare possint; & sic supponit ex provisione faciendâ Ministris novæ Ecclesie statum antiquum & numerum Ministrorum Ecclesie**

tionem Divini cultus, c. *penult. de Constit. & in damnum quoque Parochianorum quibus expedire videtur habere Sacrosanctos Missas & Divina Officia celebrare & Sacramenta ministrare, nec sine magna causa debet Episcopus ex una Ecclesia ad alteram ritulos transferre; Oldrad. conf. 260. Quod unio n. 2. vers. Tertia ratio & Lupus allegat. 86. consultius quomodo esset providendum Ecclesie Parochiali noviter ob necessitatem erecte, nihil dixit de unione, sed aliis modis non prejudicialibus. Bertrandus vero in conf. 36. vol. 2. part. 1. loquitur de Ecclesia Parochiali noviter erecta; & sensit illi providendum esse per subtractionem oblationum & decimarum Ecclesie matricis in casu quo Curatus Ecclesie antiquæ & ejus Vicarius ex redditibus restantibus se sustentare possint; & sic supponit ex provisione faciendâ Ministris novæ Ecclesie statum antiquum & numerum Ministrorum Ecclesie*

antiquæ alterandum non esse. Quod comprobatur ex eo quod scribit Card. in c. *avaritia in fine*, ubi etiam Butr. n. 7. & Imol. col. 1. in fine de præb. videlicet ex iusta causa Parochias posse dividi etiam invidis Clericis, cum hoc tamen, ut congruam sustentationem habeant, id quod supponit numerum Clericorum Ecclesie antiquæ non esse restringendum. Nec quidquam facit quod Concilium in c. *sequq.* Episcopis ex causa hinc tradita facultatem utendi tribuat, quia loquitur de Ecclesiis jam erectis. Item loquitur de unionibus in casibus à jure permisis, inter quos hic de quo agitur, connumerari non potest. Præterea est differentia inter fructus & Canonicatus, c. *cum M. Ferrarien. de Constit. & idem verba ipsa Concilii in d. c. 4.* dispositio de fructu matricis ad Canonicatus extendi non debent.

antiquæ alterandum non esse. Quod comprobatur ex eo quod scribit Card. in c. *avaritia in fine*, ubi etiam Butr. n. 7. & Imol. col. 1. in fine de præb. videlicet ex iusta causa Parochias posse dividi etiam invidis Clericis, cum hoc tamen, ut congruam sustentationem habeant, id quod supponit numerum Clericorum Ecclesie antiquæ non esse restringendum. Nec quidquam facit quod Concilium in c. *sequq.* Episcopis ex causa hinc tradita facultatem utendi tribuat, quia loquitur de Ecclesiis jam erectis. Item loquitur de unionibus in casibus à jure permisis, inter quos hic de quo agitur, connumerari non potest. Præterea est differentia inter fructus & Canonicatus, c. *cum M. Ferrarien. de Constit. & idem verba ipsa Concilii in d. c. 4.* dispositio de fructu matricis ad Canonicatus extendi non debent.



DE IMMUNITATE ECCLESiarUM

COEMETERII, ET RERUM AD EAS PERTINENTIUM.

Gregorius Archiepiscopo Tricen.

CAPUT II.

Pervenit: & infra. Fraternitas tua nullum per nostræ, vel Ecclesie suæ nomen, aut alio modo, excusari à murorum vigiliis patiat, sed omnes ad hoc generaliter compellantur, quatenus cunctis vigilantibus, melius valeat civitatis custodia procurari.

SUMMARIUM.

- 1 Ad murorum custodiam tempore magna necessitatis tenentur etiam existentes sub protectione Romana Ecclesie.
 - 2 Item exempti ac Sedis Apollolice immediatè subiecti.
 - 3 Item Ecclesiarum Rectores.
 - 4 Compelli tamen debent per suos Iudices, non per secularatem potestatem.
 - 5 Senes majores annorum septuaginta, sunt immunes ab excubiis.
 - 6 Si tamen sint divites, tenentur mittere alium pro se.
 - 7 Excubiis fieri debent vigiliis & jurejuræ, nisi tanta sit necessitas, ut oporteat omnes simul adesse.
 - 8 Patrem quilibet tenetur defendere & pro ejus defensione excusatur pater occidentis filium.
 - 9 Clerici an teneantur ad custodiam murorum Civitatis, perinde ac laici & n. sequq. usque in finem.
 - 10 Et quid in Clericis prima conjura n. 14.
 - 11 Et quid in Clericis conjugatis n. 16.
 - 12 Intellectus quatuor hujus cap. & n. sequq.
 - 13 Decretales debent esse communes, nec facile iudicari debent locales.
 - 14 Ad murorum custodiam, instante necessitate, tenentur homines Ecclesiarum, ut mancipia, rustici & similes.
 - 15 Ad murorum vigiliis ut Clerici teneantur, quæ necessitas requiratur.
 - 16 Clerici etiam prima conjura gaudent immunitate à muneribus realibus & personalibus.
 - 17 Etiam si habitum vel tonsuram non deferant, nisi tertio muniti, contumaces existerint.
 - 18 Clerici conjugati non bigami habitum & tonsuram deferentes gaudent privilegio sui & Canonis, non autem immunitate à muneribus.
 - 19 Clerici an teneantur ad restitutionem murorum Civitatis.
- P**ervenit. Legitur quatuor modis, ut dicam infra n. 10. & idem congruè summarî non potest, sed secundum intellectum Abbatis hoc intendit. Tempore magne necessitatis non debet aliquis excusari à murorum sive Civitatis custodia. Primò ponit dictum. Secundò rationem hinc quatenus.
- Nota primò hic per nostram, à murorum custodia, si magna subit necessitas, quemquam non excusari, etiam sub pretextu quod sit sub protectione Romanæ Ecclesie, prout intelligit hanc litteram Host. hinc in princ. Quin imò attentari possit ad id teneri etiam exemptos ac Sedis Apollolice immediatè subiectos. Tales enim videntur esse homines Ecclesie Romanæ, de quibus loquitur hic Papa in illis verbis per nostram. Unde Abbas Antiquus hic summam hanc Decretalem, videlicet homines Ecclesie Romanæ vel alterius Ecclesie à custodia Civitatis minimè sunt immunes. Ecclesie Romanæ, id est eidem subiecti vel ad sui ius aut simpliciter ad eam pertinentes. Quilibet enim ex his formis privilegii exemptionis confertur, ut c. *si Papa, §. 1. de privil. lib. 6.* Hoc tamen esset intelligendum, nisi super hoc essent specialiter exempti vel privilegium haberet clausulas ad argentes, ut esset aptum comprehendere etiam immunitatem ab oneribus personalibus, prout hanc textum limitant Domini de Rota *dec. 72. n. 7. p. 1. recent.* & colligitur ex glossa hinc in verbo *Omnes*, dum limitat hunc textum in sensibus qui ab huiusmodi
- oneribus specialem habent immunitatem in corpore Juris clausum, ut dicam infra n. 5.
- Secundò nota ad custodiam murorum vel Civitatis teneri etiam Ecclesiarum Rectores, ut probat littera hinc vel Ecclesia sua. Nam Ecclesia non dicitur esse hominem ipsius, imò homines sunt Ecclesie, c. *Ecclesiarum servos 12. q. 2. & l. 1. cod. de Episcop. & Cleric.* Sed Ecclesia dicitur propriè ipsius Rectoris ratione jurisdictionis quam habet in ipsa, ut probatur in c. *si tibi absenti de præb. lib. 6.* secundum Abb. hinc n. 3. vers. *& plus puto.*
- Tertio nota hic compellantur, Clericos & alios de jurisdictione Ecclesie existentes ad custodiam Civitatis compellendos esse per Judicem Ecclesiasticum, non per secularem potestatem, c. *non minus infra eodem.* Præterea enim hic textus dirigitur Episcopo eique injungitur ut non patietur quemquam excusari à vigiliis murorum, sed omnes generaliter compellantur, id est per ipsum; & ita in hac specie firmat Host. in summa, §. *à quibus, vers. materia*, dicens Clericus ad murorum custodiam posse per Episcopum, non per Judicem secularem dirigi; & consentit Butr. hinc n. 5. hinc præcepto Episcopi; & aperitur Abbas numero tertio, vers. *Sed advertet*; & Bellamera *consilii 46. incip. Et primò in princ.*
- In glossa omnes, nota senes esse immunes ab excubiis seu

vigiliis murorum. Intellige si annum septuagimum exce-

In glossa ultima, observa ordinem faciendi excubias,

9 Quæro generaliter, An Clerici teneantur ad custodiam

Regulariter Clerici non tenentur ad custodiam murorum

11 Verumtamen hæc prima lectura à DD. non recipitur, quia

12 Alii autem opinati sunt hunc text. de Clericis apertè non

loquentem, sed tantum de Ecclesia mentionem facientem

dum cum hæc littera debet generaliter intelligi tam de ha-

Alii demum, & melius existimantur hæc decretalem esse

intelligendam generaliter, ut tam homines Ecclesie, quam

Clerici teneantur ad vigiliam murorum, quoties subest magna

13 necessitas, & quando cumque immunit periculum invasio-

14 Amplitur hæc conclusio, ut locum habeat etiam in Cler-

15 Alii autem opinati sunt hunc text. de Clericis apertè non

loquentem, sed tantum de Ecclesia mentionem facientem

ac proinde ad custodiam murorum tenentur non solum ac

Secundò Quæro, An Clerici teneantur ad refectionem

17 Refert hic Henric. Boich. n. 3. se vidisse induci hæc De-

ac proinde ad custodiam murorum tenentur non solum ac

DE IMMUNITATE ECCLESiarUM

Ex Concilio Lateranen.

CAPUT IV.

Non minus: & infra. In diversis mundi partibus Consules Civitatem & Recto-

SUMMARIUM.

- 1 Lici collectas imponentes Ecclesiis vel Clericis, vel
- 2 Potest tamen Episcopus cum Clero eis in necessitate præbe-
- 3 Collectas imponentes Ecclesiis, vel Clericis excommuni-
- 4 Bona Clericorum de jure divino immunita sunt à Collec-
- 5 Angaria Ecclesie, & Ecclesiastica persona affigi non
- 6 Angaria, & prerogativa que dicuntur, & in quo dif-
- 7 Clerici cum eorum familia immunes sunt ab angaria &

- perangaria, nisi pro vigiliis murorum, & ratione
- 8 Bona Ecclesiarum quoad fundationem, mansum vel dotem
- 9 Bona transeunt ad Ecclesiam cum oneribus antea imposi-
- 10 Bona postquam sunt effecta Ecclesia, immunita sunt à
- 11 Principes laicos facere non possunt omnia prædita tributa-
- 12 Clerici teneantur ad onera que ratione quâdam naturali